Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI

DE

# IVRE LANDSASSIATVS IN THVRINGIA

QVAM AVSPICIO

*RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI*

DOMINI

GVILIELMI HENRICI

DVCIS SAXONIÆ IVLIACI CLIVIÆ MONTIVM ANGARIÆ WESTPHALIÆ ET RELIQVA

*PRÆSIDE*

DOMINO

BVRCARDO GOTHELF. STRVVIO,

ICTO CELEBRATISSIMO

SERENISSIMORVM SAXONIÆ DVCVM ERNESTINÆ STIRPIS CONSILIARIO ET HISTORICO SERENISSIMO MARGGRAVIO BRANDENBVRGO-CVLMBACENSI A CONSILIIS AVLICIS, IVRIS ET HISTORIARVM PROFESSORE PVBLICO

*PATRONO ac PRÆCEPTORE OBSERVANTISSIME COLENDO*

IN AVDITORIO ICTORVM

PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBIICIT

AVCTOR

CAROLVS AVGVSTVS FABARIVS,

IENENSIS

*D. XIIX. MAII MDCCXXII.*

---

*IENÆ,*

LITERIS MVLLERIANIS.

Digitized by Google

*PERILLVSTRI*
*EXCELLENTISSIMO ATQVE GENE-*
*ROSISSIMO DOMINO*

DOMINO

# FRIDERICO GOTTHILFIO

## L. B. DE MARSCHALL,
## GREIFF DICTO

DYNASTÆ IN OSMANSTÆDT, ER-
LEBACH, EINOEDE ET ILMSDORFF, SERENISSI-
MI SAXO-VINARIENSIS DVCIS REGENTIS SV-
PREMO AVLÆ MARESCHALLO, CONSILIARIO
STATVS INTIMO, ET ASSESSORI CVRIÆ PRO-
VINCIALIS IENENSIS SPLENDIDIS-
SIMO,

*DOMINO MEO GRATIOSO.*

Digitized by Google

VIR PERILLVSTRIS, EXCELLENTISSIME ATQVE GENEROSISSIME,

Officia boni Ciuis erga patriam omnino requirunt, vt in iura eiusdem penitius inquirat. Hoc penſi habens, præ cœteris ea iura patriæ ac prærogatiuæ mihi curæ fuerunt cordique, de quibus vltra ſeculum jam controuerſiæ fuerunt, dum vindicare auſus ſim in hac diſſertatione Thuringiæ Landſaſſiatum, quem Dynaſtæ Thuringiæ denegant, & Superioritati Territorii Sereniſſimorum Saxoniæ Ducum ſe ſubducere ſtudent. Cum vero hæc controuerſia præprimis ſpectat ad Sereniſſimam Domum Vinarienſem, Merito ad TE VIR PERILLVSTRIS, EXCELLENTISSIME AC GENEROSISSIME, me conuerto, TIBIQVE VIR PERILLVSTRIS ſubmiſſe trado diſſertationem hancce, cum PERILLVSTRI tuæ dignitati harum controuerſiarum cardo probe ſit cognita. Nulla igitur VIR PERILLVSTRIS, EXCELL. GENEROSISSIME, ad hoc me duxit temeritas dum ſolummodo reputarem TIBI, hanc ſcriptionem omnino deberi. Accedit ſingularis gratia ac beneuolentia qua totam meam familiam per multos annos fuiſti amplexus. Accipe ergo ſerena fronte, PERILLVSTRIS, EXCELLENTISSIME ATQVE GENEROSISSIME DOMINE, DOMINE GRATIOSE, teſſeram hancce perpetui obſequii; Probe quidem noui, tenues haſce pagellas grauiſſimo Tanti Viri iudicio parum conuenire, TE tamen eaſdem non plane eſſe dedignaturum, TVA mihi blande perſuadet Comitas, quam omnes admirantur, Seruet TE ſupremum numen Neſtoreos per annos, largiatur familiæ TVAE generoſiſſimæ ſplendidiſſimæque præſidia perennia.

PERILLVSTRIS ATQVE SPLENDIDISSIMI NOMINIS TVI

*Cultor deuotiſſimus*

CAROLVS AVGVSTVS FABARIVS.

Digitized by Google

# DE IVRE LANDSASSIATVS IN THVRINGIA

## DISSERTATIO

### SECTIO PRIMA

DE

## *Landſaſſiis in genere.*

§. I.

NOn exiguum ſane, ſed tam ætatem, quam vires ingenii longe ſupergrediens mihi ſumſi argumentum, dum præſenti diſſertatione de iure Landſaſſiatus in Thuringia quædam proferre auſus ſum. Certe, tam grauitas materiæ, quam aliæ difficultates, eæque non exiguæ, me deterrere potuiſſent: niſi ſemel mecum conſtituiſſem in iura patria, in primis vero Landſaſſiatus, paulo penitius inquirere. Hinc neglecto omni labore, & neglectis difficultatibus, vires meas pe-



Digitized by Google

riclitatus ſum, & diſſertationem hanc qualemcunque perfeci. Maximum vero adjumentum mihi præbebat Illuſtris Domini Præſidis inſtructiſſima lectiſſimaque Bibliotheca, quam mihi non ſolum humaniſſime offerebat, ſed & eadem vti concedebat. Habes itaque Candide Lector, quantum debeam Illuſtris Struvii cum doctrinæ, tum Bibliothecæ. Cœterum abs Te peto, velis hancce Lucubrationem boni æquique conſulere, erroresque commiſſos rei cum difficultati, tum ætati temporisque brevitati adſcribere.

§. II.

Antequam vero ad ipſam Landſaſſiorum deſcriptionem progrediar, neceſſe erit, aliqualem eorundem præmittere deſcriptionem nominalem. Vox *Landſaſſen* (*a*) a duplici voce *Land* & *ſaſſen* componitur. Hanc vocem Saſſen origine eſſe Germanicam, ac *ein gutes teutſches Wort* pluribus probat Albinus. (*b*) Deriuatur autem a ſeſſu vel ſedendo, quod vi vocis item ſignificat ac *ſeinen Anſiz vvo haben* (*c*) ſic ab hac vocula ipſe Saxonum populus nomen ſuum habet, dum Saxones, ſaſſones i. e. *die im Lande geſeſſene*, olim vocabantur. (*e*) Reperimus etiam plura exempla ſimilis denominationis, dum ab hac vocula ſaſſen derivantur Holſati, i. e. *Holtzſaſſen* Alſati *Elſaſſen*, *Landſaſſen*, *Amtſaſſen*, *Schrifftſaſſen*, *Schloſſaſſen*, *Gerichtsſaſſen*, *Kotſaſſen*, *Unterſaſſen &c.* (*f*) Hæc omnia a ſedendo vel incolendo deriuantur. Abſtractum verbi *Landſaſſ*, *Landſaſſerey* quod attinet, ſumitur pro poſſeſſione prædii, quod quis habet in alicuius Domini Territorio (*g*) & nihil intereſt, ſiue ipſe in illo loco reſideat, ſiue prædium ſaltem ibi poſſide-

ſideat, tamen habet ius domicilii, licet non actu, tamen potentia, (*b*) & per hoc omnibus Territorii dominis tanquam ſubditi ſubjiciuntur, quidam etiam pro qualitate Territorii ſubalterni, quod poſſident, iure Status prouinciæ gaudent. (*i*) Alteram voculam *Land*, quod attinet, conſtat, ſingulos Imperii Status ſuum poſſidere Territorium quod voce *Land* efferri ſolet; Inde igitur denominantur *die Landſaſſen*, & quod unum idemque *die im Lande geſeſſenen*, illorumque bona vocantur *Landſäſſige Güter.* (*k*)

(*a*) Licet hanc denominationem nouam eſſe putet SPEIDELIVS, in Speculo ſuo Iuridico politico hiſtoricarum obſeruationum *voce Landſaſſen* & captioſam, ab aulico politicis nuper inuentam, vt omnes in Territorio Principum ſuorum caſtra vel pagos habentes nobiles aliosue immunes pro arbitrio exagitare & tanquam ſubditos tractare queant. Ideo non contenti priſca ſubditi denominatione, illam *der Landſaſſen* excogitarint & ſynonimice pro ſubdito vſurparint.

(*b*) *Chronico Miſnenſi p. 394.*

(*c*) SCHILTER *de Landſaſſiis cap. 1. n. 1. & 4.*

(*d*) ALBINVS *c. l.* Dominus a LVDEWIG *in Germania Principe lib. 3. cap. 1.*

(*e*) Contrariam opinionem plures fouent, dum negant, quod Saxones a vocula ſaſſen nomen acceperint. Sic HROSWITA in panegyri in laudes Ottonum, putat: Saxones a ſaxea natura ita vocatos fuiſſe. GREGORIVS TVRONENSIS & WITTICHINDVS, Monachus Corbeienſis *lib. 1. Annal.* putant, illos ita vocari ab oblongis cultris gladiisque & dicit: *cultelli, noſtra lingua Sax dicuntur.* Eiusdem opinionis etiam eſt GOTHOFREDVS VITERBIENSIS *in Pantheo p. 17.* dum ait: *ipſe-*

*breuis gladius apud illos Sax vocatur vnde ſibi nomen Saxo peperiſſe notatur.* Sed conſentiente GOBELINO PERSONA in Cosmodromio *ætate 5. cap. 11.* verius mihi videtur, quod cultelli iſti traxerunt nomen ab hominibus ſcil. Saxonibus, quam homines a cultellis. Plures equidem ſunt deriuationes dum mox a Sacis Aſiæ populis, mox a Sacis Romanorum &c. denominantur. Sed inter omnes Albini opinio c. l. mihi maxime arriſit quod nempe a germanica vocula *ſaſſ* ita ſint vocati quam opinionem quoque ſequitur Dn. a LVDEWIG *c. l.*

(*f*) LVDEWIG *cit. l.* SCHILTER *c. l. cap. 1. n. 18. & 19.*

(*g*) BESOLDVS *Theſ. pr. hac voce*

(*h*) *Per L. 17. ff. §. 13. ad municipalem*

(*i*) SCHILTER. *c. l. n. 6.*

(*k*) SCHILTER. *n. 12. c. l.*

§. III.

A nomine progredimur ad rem ipſam, atque deſcribimus Landſaſſium, quod ſit perſona Statui cuidam Imperii *ſeinem Erb-und Lands-Fürſten*, illiusue iurisdictioni tam eccleſiaſticæ quam ſeculari ſubiecta, quatenus viciſſim in iſtius Principis Territorio, Territorium quoddam ſubalternum & ſubinfeudatum vel prædium poſſidet, inque ſuos ſubditos iurisdictione gaudet (*a*) vel ut BESOLDVS (*b*) ZIEGLERVS (*c*) aliique illum deſcribunt: *Eſt homo iurisdictionalis; cui in omnibus mandari atque præcipi poteſt.* Sed recte hanc deſcriptionem reiecit SCHILTERVS (*d*) tanquam minus accuratam, quia omnia quæ hic de Landſaſſio prædicantur, applicari æque poſſunt ad ruſticos, illorumque prædia, & ſic inter vtrosque nullum foret diſcrimen.

(*a*) Hoc enim præcipuum eſt criterium prædii Landſaſſiaci; non omnia enim prædia ſunt Landſaſſiaca, ſed illa ſaltim,

Digitized by Google

tim, quæ gaudent iuriſdictione in ſubditos ſuos SCHILTER *cap. 1. n. 12.* quæ vero illa non gaudent non ſunt *Landſeſſige Güter* ſed *freye* vel *Bauer-Güter* & quanquam SCHILTERVS *cap. 2. num. 6.* ſibimet ipſi opponit dari quædam prædia ( qualis e. g. in præfectura weidenſi eſt prædium Sirbis Spiringorum *ſo ein Amtſeſſig Gut ohne Gerichtbarkeit )* quæ nulla gaudeant iuriſdictione & tamen Landſaſſiaca eſſe dicuntur. Verum, ipſe Schilterus reſpondet, quod ſi dentur tales villæ vel prædia ſine iuriſdictione poſſeſſores tamen minime Landſaſſiorum gaudeant prærogatiuis, ſed æquivoce ſaltem ita dicantur, & in hoc etiam conſiſtit differentia ſpecifica inter Landſaſſios & alios ſubditos.

(*b*) *Voce Landſaſſen*

(*c*) *Ad praxin auream Caluoli §. Landſaſſii n. 14.*

(*d*) *Cap. 2. n. 8.*

§. IV.

Diuiduntur vero Landſaſſii in Schriffſaſſios atque Amtſaſſios. Hæc diſtinctio licet quoad nomen tantummodo in Saxonia noſtra, hoc eſt prouinciis Sereniſſimis Saxoniæ Electoribus Ducibusue ſubiectis, locum inveniat, (*a*) re ipſa tamen & in aliis quibusdam Germaniæ prouinciis reperitur. (*b*) Schriffſaſſii nomen ducunt a voce *Schrifft*, quæ hac ratione, & quando dicitur *uff Schrifft ſitzen*, ſumitur pro reſcripto Domini vel Curiæ *Cantzeleyſchrifft* unde dicuntur *Cantzeley-Schrifftſaſſen* (*c*) quia iis tanquam honeſtioribus mandata Principis litteris ex Cancellaria datis, ſignificantur. (*d*) Sunt vero Schriffſaſſii ii, qui iuriſdictioni domini Territorii ejusue Curiæ Prouinciali vel Regimini ſine medio ſunt ſubiecti, vel quibus immediate Princeps imperitat. (*f*) Duplex vero eſt Schriffſaſſiorum præ Amtſaſſiis prærogati-



Digitized by Google

gatiua: illi enim in prima inſtantia illuſtris iudicii Curialis Iurisdictionem agnoſcunt, ſed Amtſaſſii Præfectorum cognitioni ſubiiciuntur. (*g*) Porro Schriffſaſſiorum prærogatiua in eo conſiſtit, vt ſi Amtſaſſius Schriffſaſſium in Curia actione pulſet, non admittatur niſi præſtita prius cautione de expenſis & litis reconuentione, vt maxime bona immobilia poſſideat. Quod ſecus eſt in Schriffſaſſiis, qui nulla ſatisdatione arctantur. (*h*)

(*a*) MAVRITIVS *de nobilitate Germanica §. 31.* WEHNER *in obſeruat. pract. voce Landſaſſen.* ZIEGLERVS *ad praxin auream Caluoli §. Schrifftſaſſii & Amtſaſſii num. 1.* BESOLDVS *voce Schrifftſaſſen &c.* qui omnes affirmant, diſtinctionem hancce ſolum modo in Saxonia obſeruari.

(*b*) Videmus enim LEISERVM de Landſaſſiis itemque Schriffſaſſiis & Amtſaſſiis theſi 38. ita aſſerentem: *ſe obſeruaſſe quod in adjacentibus etiam regionibus cum primis in Ducatu Magdeburgenſi eadem differentia ſenſim introducatur.* Sic in Pomerania eadem eſt ratio diſtinctionis *in Schloßgeſeſſene und gemeine Edelleute* Illuſtris Dominus PRÆSES *in Syntag. jur. publ. Cap. 26. §. 48.* ubi *die Schloßgeſſene* eadem ratione immediate Principi ſubiiciuntur, ſicuti noſtri Schriffſaſſii. Cum *die gemeinen Edelleute* ſimiles ſint noſtris Amtſaſſiis.

(*c*) SCHILTER *de Schrifftſaſſiis cap. 1.* & *Ober-Hoff-Gerichts-Ordnung* de Anno 1549. *§. Wer vor das Hoff-Gericht mag geladen werden? die auf ſonderbahre Schrifft unſerer Cantzelley ſitzen.*

(*d*) LEISERVS *cit. l. theſi 40.*

(*e*) SCHILTER *c. l. n. 1.*

(*f*) MAVRITIVS *de nobilitate Germ. §. 31.*

(*g*) ZIEGLER *ad praxin auream Caluoli concluſione 2. §. Schrifftſaſſi n. 1.*

(*h*) ZIEGLER. *c. l.* & ibi citati Autores. WEHNER *hac voce.* MAVRITIVS *c. l. n. 31.*

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Amtſaſſii nomen deriuatur a voce *Ambt* antiquitus, *Ambacht* (*a*) quod erat præfectura quædam, vel diſtrictus Regionis, qui a Præfecto regebatur quandoque dicitur *eine pflege.* Deſcribitur vero Amtſaſſius: quod ſit perſona, quæ Toparchis, Præfectis, *denen Amtſchæſſern und Amtleuthen* ſubiicitur i. e. *der unter dem Amt ſitzet* (*b*) & quemadmodum Schrifftſaſſii non niſi coram Curiis *vor denen Hoffgerichten* primam ſortiuntur inſtantiam, ita Ambtſaſſii coram ſuis Præfectis. (*c*) Quod ad hujus differentiæ inter Schrifftſaſſios & Ambtſaſſios originem attinet, diverſæ ſunt opiniones, has ante quam recenſeamus, de origine Landſaſſiatus in genere erit dicendum.

(*a*) LEISERVS *c. l. n. 40.*

(*b*) BESOLDVS *hac voce.* ZIEGLERVS *c. l. n. 2.* SPEIDELIVS *hac voce.* LEISERVS *c. l. n. 40.*

(*c*) *Ober Hoffgerichts - Ordnung* de Anno 1549. tit. *wer vor das Ober-Hoffgericht &c.? Es müßen die Edelleute ſo unter den Aemtern geſeßen zuvor bey ihren Schæßern belangt und ehalten werden.*

§. VI.

Extra controuerſiam, meo quidem judicio eſt poſitum, quod prima initia Landſaſſiatus ad idem tempus ſint referenda, quo Superioritas Territorialis originem ſumſit. Hæc autem prima ſua fundamenta habuit poſt tempora demum Carolingorum, (*a*) ſub Conrado I. qui hoc ipſo, dum Principibus ſecularibus propriam poteſtatem concedere cœpiſſet, hoc ipſo iisdem anſam dedit jura Territorii, quæ antehac Impp. competebant

Digitized by Google

bant ſenſim adquirendi (*b*) ut exinde inſignis hæc mutatio oriretur. (*c*) Licet vero propria atque hæreditaria poteſtate gaudere inciperent Principes, hæc poteſtas non erat omnimoda, dum Imperatores ſibi adhuc reſeruarent poteſtatem iudiciariam, aliaque iura, Belli Pacis & Tributorum, quæ iura demum ſub Henricis, creſcente ducum potentia & in Interregno ſenſim ſibi vindicabant (*d*) quæ etiam bello Smalcaldico atque Tricennali magis magisque fuerunt adaucta, & per pacem Weſtphal. (*e*) & Capitulationes (*f*) perpetuo iure firmata. (*g*) Ita vt Superioritati Territoriali Landſaſſiatus reſpondeat, ac voces *Landes-Fürſtl. Hoheit und Landſaſſerey* ſint correlata, vt ideo haut ſine ratione Landſaſſiatui eadem initia eadem fundamenta cum incrementis Superioritatis Teritorialis ſint ſtatuenda (*h*).

(*a*) Hoc enim tempore duces Comitesue non proprio, ſed Imperatorum nomine prouinciis præerant, iurisdictionemque exercebant, & ſic nudi erant Officiales. vid. Illuſtris Dominus PRÆSES *in Syntag. jur. publ. cap. 19. §. 3 cap. 26. §. 15.* LEHMANNVS *in Chronico Spirenſi lib. 2. cap. 16.* CONRINGIVS *de ducibus & Comitibus Imperii theſi. XI.*

(*b*) Illuſtris Dominus PRÆSES *l. c. cap. 26. §. 15.*

(*c*) LEISERVS *l. c. n. 12.* Dominus a LVDEWIG diſſ. *de Germania principe poſt Carolingica ſub Conrado 1. cap. 4. §. 4.* & LEHMANN *in Chronico ſpirenſi lib. 2. cap. 47.* vbi: *Als König* Conradus *in maſſen ſeine Vorfahren an teutſchen Reich die Regierung angetretten und der Hertzogen Gewalt nach des Reichs Ordnung beſtelt und regulirt haben wollen ſeynd dieſelbe ſchwirig und rebelliſch worden zu öffentl. Krieg wieder ihren Kœnig erwachſen und ſich mit dem Schwerdt ihr Hertzogthum nicht allein Erb und eigenthümlich für ſich und ihre*

Digitized by Google

*ihre Erben zu erſtreiten, ſondern ein ieglicher als ein Kœnig im Kœnigreich in ſeinen Lande zu regieren vorgenommen.* & *lib. 4. cap. 1.* expreſſis verbis : *Hat Herzog Heinrich ſein Herzogthum erblich zu regieren angefangen, und die Unterthanen von des Kœnigs Gehorſam erlediget, und ihm zu Geboth und Verboth unterthenig gemacht.*

(*d*) Illuſtris Dn. PRÆSES *l. c.*

(*e*) *Art. IIX. §. 1.*

(*f*) CAPITVLATIONE CAROLI VI. *art. 1. & 15.*

(*g*) Illuſtris PRÆSES *c. l. §. 16.*

(*h*) LEISERVS *l. c. n. 12.*

## §. VII.

Originem diſtinctionis inter Schrifftſaſſios & Amtſaſſios quod attinet, variæ de iſta reperiuntur opiniones, vel potius coniecturæ, quarum aliam habet SCHILTERVS, (*a*) aliam KNICHENIVS, (*b*) aliam vero ZIEGLERVS producit, (*c*) LEISERVS (*d*) quoque varias adducit, neutri vero illarum calculum ſuum addere auſus eſt, potius omnia dicit eſſe incerta, nec ab vllo certius quid haberi poſſe, quam ab iis, quibus Archiua inſpicere datum. Quantum quidem mihi videtur, hæc diſtinctio ab antiquis petenda erit temporibus. Media enim ætate Duces Officiales ſaltim erant Imperii, qui in Prouincias ipſis demandatas Adminiſtratorum ſaltim gaudebant poteſtate, & omnem (*e*) Prouinciam gubernabant. Sub his conſtituti erant Comites, ſiue Præſides Iuſtitiæ, qui in Ciuitatibus ac Pagis prouinciarum tam in eccleſiaſticis, quam ciuilibus ius dicebant. (*f*) Sub Comitibus erant Iudices inferiores, vtpote Comites Centenæ, *die Cent-Graffen*, quorum iudiciis teſte LEHMANNO, (*g*) quidam nobilium

ſubiecti erant, dum alii a Comitibus ſine medio iudicarentur. *(b)* Centenæ autem Comites hodiernis noſtris Præfectis ſimiles mihi eſſe videntur. (c) Hæc igitur antiqua diſtinctio inter Nobiles immediate Comitibus ſubiectos, qui nomine Imp. iudicabant, atque illos, qui Comitibus Centenæ ſuberant, *denen Cent-Graffen*, continuata mihi videtur ad noſtra uſque tempora. Poſtquam enim Duces atque Comites facti fuerint hæreditarii, & Superioritatem Territorii acquiſiuerint, Nobiles, qui olim Comitum iurisdictioni ſine medio fuerunt ſubiecti, Cancellariæ Principi ſolummodo ſubiecti, indeque Schriftſasſii fuerunt orti, dum reliqui, qui Comitum Centenæ iurisdictionem adgnoſcere neceſſum haberent, Præfectis ſubiicerentur, dicti ideo *die Amtſaſſen.*

(*a*) *De Amtſaſſiis cap. 3. num. 1. 2. ſeq.* qui putat: *præcipuam introductæ differentiæ cauſam fuiſſe, partim principis dignitatem, partim vt ſubleuaretur negotiis, neue omnibus ius dicere, atque reſcribere neceſſe haberet. Haud enim decorum eſſe* pergit, *Principi omnibus eſſe affabilem, ſed diſcrimen eſſe habendum, quum omnino abſtractione quadam opus ſit iis, qui gubernant, ne nimis vulgo ſe vulgent.*

(*b*) *De veſt. pact. lib. 2. cap. 5.* ubi putat: quod priſco æuo tot hoſticis incurſionibus & diffidationibus pullulantibus, neceſſitatis ratione exigente factum eſſe, quod Principes Præfectorum opera nobiles ſuos ad operas militares euocarint.

(*c*) *ad praxin auream Calvoli §. Schriftſaſſii num. 4. & 5.* dicit enim ex allegatis ibidem Autoribus: *origo huius differentiæ in biuio eſt, nonnullis exiſtimantibus exinde diuerſitatem irrepſiſſe, quod quidam nobiles prædia ruſtica ſub Præfectis ſita acquiſiuerint, ac poſtea qualitati feudali ſubiecerint*

*rint*

Digitized by Google

*rint, id quod cuivis liberum eſſe extra controverſiam poſitum eſt, quia vero prædia iſta iuriſdictione mediata ab initio tincta fuerunt, poſtea nulla alia hac in parte immutatio ſubſequuta fuit, neceſſario Nobiles iſti ratione domicilii ſub iuriſdictione mediata Præfectorum remanſerunt:* Hanc opinionem tanquam rectiorem laudat CARPZOVIUS *in proceſſu ciuili tit. 2. art. 2. &c.*

(d) *de Landſaſſiis itemque Schrifft- ac Amtſaſſiis theſi 41. & 42.*

(e) Illuſtris PRÆSES *in Syntag. iur. publ. cap. 19. §. 3. & cap. 26. §. 15.* LEHMANN *in Chronico Spirenſi lib. 2. cap. 16.* CONRINGIUS *de Ducibus & Comitibus theſi XI.*

(f) CONRINGIUS *de Ducibus & Comitibus Imperii Germanici theſi 12.* & LEHMANN *Chron. Spir. lib. II. cap. XXI. XXII. XXIII.*

(g) *Chronico Spirenſi lib. II. cap. XXIII.* ubi ait: *So haben auch die freye, das iſt adeliche Perſonen auf dem Land und in Städten dieſe Freyheit gehabt, daß ſie vor der Centgraffen Gericht nicht ſollen erſcheinen, ſie ſeyn denn denenſelben als Richter zugeordnet &c.* Hi Comites Centenæ vero erant Comitum maiorum vel Vicarii vel Iudices ſub iisdem LEHMANN *c. l.* & Illuſtris PRÆSES *in Syntagm. iur. publ. cap. 20. §. 40.*

(h) Non poterant enim conveniri coram Comitibus Centenarum, ſed ſolummodo coram Comite, tanquam ſuperiore iudice, nam in quibusdam prouinciis nullus erat Dux, ſed ſaltim per Comites regebantur, qui Regis loco erant.

(i) Antiquitus enim diuidebantur Ducatus in Comitatus, & hi Comitatus iterum in Centenas, quæ cum noſtris Præfecturis conueniunt, his præerant *die Centgraffen*, hinc dicit Lehmannus *c. l. Der Centgraffe iſt des Gau- Graffen, oder Land-Richters, Stadthalter in Verwaltung der wœchentlich gemeinen Verhœr-Tage aufm Lande geweſen, denn die Gau und Graffſchafften hat man in Centen abgetheilet, das*

 iſt,

*iſt, in gewiſſe Dorffſchafften, welche zuſammen eines Cent-Graffen Gericht unterworffen, und vor demſelben Recht genommen.*

## §. VIII.

Pergimus ad ipſum Ius Landſaſſiatus, & quid ſub illo comprehendatur. Sub Landſaſſiatus Iure non tam illa iura, quæ Landſaſſii in ſuos ſubditos exercent, vel alia horum iura, vel priuilegia intelliguntur, quam potius Iura Dominorum in ipſorum Landſaſſiorum perſonas æque ac bona, (*a*) ita vt omnis Landſaſſius Territorii Domino ad inſtar reliquorum ſubditorum ſit ſubiectus. (*b*) Eſt igitur Landſasſiatus (*c*) ius, quod Dominus Territorii exercet in ſuos vaſallos Landſasſios, vi cuius ipſi tanquam ſubditi ſunt ſubiecti, & quo mediante, Landſasſii ſua priuilegia in Principis ſui Territorio, atque iura in ſubditos ſuos exercent.

(*a*) SCHILTER *de Landſaſſiis cap. 2, num. 12.*

(*b*) SCHILTER. *l. c.*

(*c*) & quanquam ZIEGLERVS *ad praxin auream Caluoli, §. Landſaſſii concluſione 1. num. 15.* ex Waremundo ab Ehrenberg, de fœderibus, putet, quod negandum non ſit, periculoſam eſſe definitionem *die Landſaſſerey*, vtpote quæ in multis Imperii Conuentibus ſolicite & curioſe fuit quæſita, nondum tamen inuenta, vſus tamen hodiernus ſuppeditat deſcriptionem.

## §. IX.

Hoc vero Landſaſſiatus Ius magis adhuc in Prouinciis Imperii mediatis inualuit, quam immediatis. Huius diſtinctionis ratio ex antiqua adminiſtratione Imperii pateſcit. Primæ enim, vt iam ſupra monitum fuit, Prouinciæ Germanici Regni Ducatusue, non erant

Digitized by Google

erant propriæ & hæreditariæ, ſed Duces Imperatoris ſaltim nomine iſtas regebant. (a) Poſtquam vero ſub Conrado I. mutatio facta, iſteque Ducibus Prouincias hæreditario iure, nexu tamen feudali concederet, (b) terræ iſtæ, mediantibus Ducibus Imperio ſubiiciebantur, ideoque manſerunt mediatæ. Illæ vero Prouinciæ, quas ipſe Imperator Iuri ſuo, Fiſco ac Cameræ reſervabat, easve per Miſſos Regios, Comitesue Palatinos ac Cameræ nuntios regebat, dicebantur immediatæ (c) In his Terris Immediatis de Landſaſſiatus Iure adhuc controuetitur, dum in illis tot Comites, tot Nobiles, tot Iudicia immediata, (d) quæ omnia in mediatis ceſſant, in quibus rariores Comites immediati, potius Landſaſſii, & licet quædam vrbes immediatæ ſuperſint, ſunt tamen rariores, & illæ tantùm, quæ ex Palatinatibus potiſſimum ſuperſunt. (e)

(a) teſte LEHMANNO *in Chronico Spirenſi lib. II. cap. XVI.* dum dicit: *Die Herzogthümer oder Landſchafften darüber die Herzoge geſezt, ſind des Reichs Eigenthum, die Herzoge und Graffen deſſelben Beambte, zugeordnete Mitregenten, welche die Unterthanen ihres Herzogthums nach des Reichs Geſaz und Ordnung, Geboth und Verboth regieret und verwaltet, und hierum ein beſtimmten Theil des Lands Nuzung und Gefäll eingenommen.*

(b) vid. ſupra *§. 6. notam e.*

(c) Illuſtris Dn. PRÆSES *in Syntagmate Iuris Publici cap. 5. §. 3. & 4.*

(d) cum iſti prima origine Imperatori ſubiecti nullius Ducis, ſed ſolius Imperatoris poteſtatem adgnouere, Illuſtris Dominus PRÆSES *cit. loco.*

(e) Illuſtris PRÆSES *cit. loco* ubi latius hanc materiam pertractat, pro Terris vero mediatis hodie habentur, Auſtria,



Digitized by Google

Bauaria, Haſſia, Thuringia, Palatinatus Superior, & Neoburgicus, Luſatia, Pomerania &c. cum immediatæ dicantur Franconia, Sueuia, Terra Rhenenſis &c.

§. X.

Porro aiunt Iuris Publici Doctores, quod Landſasſiatus Ius ſolummodo locum habeat in Territoriis Imperii clauſis. Diuiduntur enim ab his Germanici regni Territoria in clauſa & non clauſa. (*a*) Territorium clauſum vocant, in quo vnus ſaltem Territorii Dominus, ſalua tamen Imperatoris & Imperii poteſtate, Superioritatem Territorii, eiusque annexa iura exercet, & quod limitibus propriis ita concluſum eſt, vt intra eos pleniſſimus Landſaſſiatus obtineat, omnesque Vaſalli regulariter ſint ſimul ſubditi. (*b*) Non clauſum vero, in quo vnus non ita plene imperat, ſed in quo dantur perſonæ, loca & prædia libera a Superioritate Domini Territorii excmta, neque illud propriis limitibus ita concluſum, vt pleniſſimus Landſaſſiatus obſeruetur, & Vaſallagium cum ſubditi conditione ita cohæreat. (*c*) Sed, quod hæc diſtinctio mihi plane non arrideat, nec opus ſit illa, in ſequenti nota prima demonſtraui.

(*a*) Quidam hanc diſtinctionem valde defendunt, vt Dn. LüDERVS MENCKENIVS *in diſſ. de Vi Superioritatis Territorialis* §. 12. qui ait: *Non eſt igitur, quod vtiliſſima in iure publico clauſorum & non clauſorum Territoriorum diſtinctio in dubium vocetur, quam hiſtoriarum fides & obſeruantia in Imperio Romano Germanico comprobant, & quæ ex ipſis potius rerum argumentis, ſubiectione inprimis colligenda, eorum qui iura eximia ad ſpeciem ſuperioritatis territorialis adſcendentia habent &c.* Sic eam quoque defendit

WERN-

Digitized by Google

WERNHERVS *de probatione Landſaſſiatus ex ſitu terrarum* diſſertatione dum dicit: §. 5. illam omnino vſum habere, ſi modo rectum conceptum nobis de iſta formemus, hinc definit §. 18. clauſum territorium, quod ſit illud, de quo conſtet quod omnia, quæ illius finibus contineantur, aliquando vnius poteſtati territoriali ſubiecta fuerint. Non clauſum vero, de quo quod aliquando vnius ſuperioritati territoriali ſubfuerit, probari nequit. Quidam vero huic diſtinctioni tribuunt, vel nullam vel parum, ad minimum vtilitatis, vel eandem prorſus reiiciunt, vtpote Illuſtris THOMASIVS in diſſ. *de inutilitate brocardici vulgaris: Quæ ſunt in territorio præſumuntur etiam eſſe de territorio* §. 36, & 37. Porro Illuſtris Dn. PRÆSES *in Syntagmate iur. publ. cap. 5. §. 5. nota 2.* Perſonatus quidam Germanus Philoparchus in tractatu ſub tit. *der kluge Beambte tit. 13. §. 31. n. 9. p. 219.* vbi dicit: *die* diſtinction *unter ein geſchloſſen und ungeſchloſſen* territorium *iſt weder in den Reichs-* Conſtitutionibus *noch* in ſana ratione fundir*et*, *ſondern ein bloſſes* inuentum *eines* fauori*ten*, *von unmittelbahren Reichs-Adel*, *der ſeine Güter vor* exemt *wiſſen will*, *denn wo die* exemtion *eines oder des andern* ſimpliciter vel ſecundum quid immediati *ſo gleich ein ungeſchloſſenes* territorium *macht*, *wird kaum ein Standt im heiligen Römiſchen Reich zu finden ſeyn*, *der nach dieſem Lehrſaze nicht auch ein ungeſchloſſen* territorium *haben müſſe.* Hunc tamen Philoparchum refutare adgreſſus fuit WERNHERVS diſſ. *de probatione Landſaſſiatus ex ſitu terrarum* §. 34. Illuſtris Dn. PRÆSES latius hanc diſtinctionem reiicit, eamque incertam atque inanem putat *in Syntag. Iur. Publ. cap. 5.* §. 5. cui & ego aſſentior, & diſtinctionem hanc tanquam inutilem, reiicio. dicit enim WERNHERVS in diſſ. *cit.* §. 5. Neminem hactenus fuiſſe, qui fundamentum, cur hæc vel illa territoria clauſa, alia vero non clauſa cenſeri debeant, oſtendit &c.

& li-

& licet dicat ſe tentaturum, vt quantum fieri poſſit, fontes rei obſcuræ ad liquidum perducat, tamen minime ſatisfacit, dum in ipſis Territoriis, non clauſis dictis, iurisdictio tamen ſit circumcluſa. Negandum enim haud eſt, quod Ciuitates Imperiales habeant ſuum Territorium clauſum, licet in non clauſo ſitæ ſint, & hinc Nobiles etiam immediati in iiſdem habitantes Magiſtratus iurisdictionem adgnoſcere neceſſe habent. Exinde potius omnia Territoria præſumuntur eſſe clauſa, donec exemtio demonſtretur. Sufficit igitur, quod in Terris mediatis vt in §. IX. iam dictum fuit, & pluribus Illuſtris PRÆSES *in Syntag Iur. Publ. cap.* 5. §. 4. & Illuſtris COCCEIVS *in iur. publ. prudentia* §. 40. & 41. demonſtrant: quod in terris immediatis Principes & Comites cum Terris ſuis immediate Regno non Ducibus ſubiecti ſint, & quod in Terris his immediatis, Comites & Nobiles ſint Status Imperii Comitesue gaudeant voto in Comitiis licet non virili, attamen curiato. Ab antiquo tamen Comitiis interfuerunt, & hodie adhuc Iuribus quibusdam gaudent eximiis. Contrarium vero in omnibus Terris mediatis inuenimus, in quibus nulli Nobiles Immediati, nulli Comites immediati inueniuntur, illorumque bona non ſunt Imperii ſed Prouinciæ, & ipſi ſunt Ducum Vaſalli, Landſaſſii & ſimul ſubditi, niſi exemtionem demonſtrent. Illuſtris Dn. PRÆSES *cap.* 5. §. 4. & COCCEIVS *in iur. publ. prudentia cap.* 15. § 40. exinde nulla in Comitiis ſcamna Comitum Bauaricorum, Saxonicorum &c.

(*b*) Dn. THOMASIVS *de inutilitate brocardici vulgaris, quæ ſunt in territorio, præſumuntur etiam eſſe de territorio* §. 40. LüDERVS MENCKENIVS *de vi ſuperioritatis territorialis* §. 10. aliam diſtinctionem territoriorum quoque affert MAGERVS a SCHOENBERG *de Aduocatia armata cap.* 6. *n.* 676. quod alia ſint territoria, in quibus ius Land-

Digitized by Google

Landſaſſiatus vigeat alia in quibus non, & dicit *cit. l. n. 678. & 679.* quod in illis Territoriis vbi *Landſaſſerey* vigeat, quæ aliis ſunt clauſa, mihi vero, reiecta hac diſtinctione, mediata, omnimoda ſit Principis iurisdictio, & quicquid ſub ambitu *des Landes-Fürſten* contineatur, etiam eiusdem iurisdictioni ſubſit, eique parere debeat, & nulla ſit inter Nobiles mediatos, Landſaſſios & alios Subditos differentia. Vide præterea BESOLDVM & SPEIDELIVM *voce Landſaſſen.*

(*c*) Videantur citati Autores, qui non clauſa territoria eſſe aſſerunt. Sueuiam, Franconiam & Palatinatum Rhenanum &c. clauſa vero Auſtriam, Bauariam, Haſſiam, Thuringiam, Ducatum Brunſuicenſem, Marchiam Brandenburgenſem, omnesque prouincias Sereniſſimis Saxoniæ Electoribus ac Ducibus parentes. MENCKENIVS *de vi ſuperioritatis territorialis* §. 8. LEISERVS *de Landſaſſiis Schrifft- & Amtſaſſiis* §. 28.

## §. XI.

Iura Domini Territorii in Landſaſſios ſuos in eo conſiſtunt, vt in illos exerceant Iurisdictionem omnimodam tam ratione perſonæ quam rerum, (*a*) eadem ratione, qua illam quoque exercent in alios ſubditos. Hinc Landſaſſii etiam ad inſtar aliorum ſubditorum obſtricti ſunt Domino ſuo Territorii *ihrem Erb-und Landes Fürſten* ad homagium ſeu iuramentum ſubiectionis *die Erb-und Landes-Huldigung*, quod præcipuum teſtimonium omnique exceptione maius eſt, probationemque certam, *der Landſaſſerey* præbet. (*b*) Ille enim ſine dubio pro ſubdito habendus eſt, qui iuramento ſubiectionis, propria nempe confeſſione, & quidem iurata, ſe ipſum ſubditum conſtituit, hocue homagium

ſeu iuramentum ſubiectionis, quod & dicitur iuramentum fidelitatis ſubdititium, quia vere ſubditum arguit, non ſolum propter res poſſeſſas, ſed etiam reſpectu perſonæ præſtat, in quo differt a vaſallagio, *der Lehnspflicht*, quod alii etiam quam Domino territoriali præſtari poteſt, *(c)* & tantum ratione bonorum feudalium. De quibus omnibus infra ſectione III. pluribus mihi, erit dicendum.

(*a*) SCHILTERVS *de Landſaſſiis cap. 6. n. 5.* & WILHELM LVDWELL *de priuilegiis liberorum Nobilium §. 3. nota c.* vbi dicit: *Landſaſſios omni ratione Superioritatis & iurisdictionis parere debere, & primam inſtantiam tam actiue quam paſſiue ſortiri nehmen und geben recht coram ſuo Principe, oder deſſen Hoff Gericht.* Quemadmodum in ſpecie de Thuringiæ Landſaſſiis Comitibus infra ſectione III. videbimus, in Thuringiæ enim Landgrauiatu, qui extra controuerſiam eſt terra mediata, imo non ſolum in Thuringia, ſed & aliis Terris mediatis pro regula ponendum eſt: omnem Vaſallum ſimul eſſe ſubditum, vel omnem Landſaſſium eſſe ſubditum. Videmus etiam quod Landſaſſii Thuringici coram Curia prouinciali, quæ Ienæ eſt, ſe ſiſtere illiusue iurisdictionem adgnoſcere teneantur ex auctore *der gründlichen aſſertion, daß die Graffen von Waldeck von Hauße Sachſen-Altenburg die Herrſchafft Tonna zu Lehn tragen, und daher vor dem Hoff Gericht zu Iena zu ſtehen ſchuldig.* Dn. a LVDEWIG *diſſ. de primo foro ſubfeudorum imperialium cap. 2. §. 9.* vbi in ſpecie prouincias Saxonicas perluſtrat, & in nota Cc. expreſſe dicit: Licet Comites Thuringiæ eo ſe allaborent, vt oſtendant, ſe Iurisdictioni Sereniſſimorum Saxoniæ Ducum non eſſe ſubiectos, tamen vbique conſtare, quod inter hæc ipſa diſſidia, nemo fuerit, qui forum clientelare Saxonum vel declinauerit vnquam vel vocauerit tantum in ius.

Digitized by Google

ius. SPEIDELIVS *voce Landſaſſen*, vulgatum quoque illud brocardicum allegat: Qui Te iudicat, Dominus Tuus eſt, ex his patet, quod illi Comites vel Nobiles qui iurisdictionem *des Landes Fürſten* adgnoſcere tenentur, omnino ſint Landſaſſii & inſimul ſubditi. vid. etiam MAGERVS a SCHOENBERG *de Aduocatia armata cap. 6. n. 675.* hinc Landſaſſii & alii ſubditi tenentur comparere (1) in tribunali *müſſen bey ihren Lands-Fürſten Recht nehmen.* (2.) tenentur parere Legibus, monitis & ſtatutis, etiam inuiti. (3.) mulctam perſoluere & pœnam luere debent. ZIEGLER *l. c. num. 145. 146. &c.*

(*b*) iuxta SPEIDELIVM *voce Landſaſſen.*

(*c*) SCHILTERVS *de Landſaſſiis cap. 6. n. 8. 9. ſeq.* ZIEGLER *ad praxin auream Caluoli* §. *Landſaſſii concluſione 1. n. 40. 44. 46. ſeq.* SPEIDELIVS *voce Huldigung &c.* vaſallagium & iuramentum hoc ſubiectionis probe diſtinguunt. Differentia vero inprimis in eo (1.) latet, quod vaſallagium ſolum ſit reale & præſtetur ratione beneficii, prædii ſcilicet, quod poſſidet Vaſallus, nexu feudali a Domino, & fidem ſolum promittit. Hinc etiam vocatur iuramentum fidelitatis & fides Vaſalli magis eſt ſpecialis quam Subditi, & hoc iuramentum ſolum a Vaſallis *Lehnleuten* præſtatur, vid. Illuſtrem GEORG AD. STRUVIUM *in Syntag. iur. feud. cap. 8. & 6.* homagium vero ab omnibus non ſolum ſubditis, ſed Landſaſſiis præſtatur & eſt perſonale, quod etiam perſonam afficit SCHILTERVS *loc. cit.* (2.) patet ex ipſa formula iuramenti differentia: in formula enim homagii ſeu iuramenti ſubiectionis quod vt dictum, Landſaſſiis & ſubditis præſtandum, expreſſis verbis extat: *getreu, unterthänig, gehorſam, hold und gewärtig zu ſeyn.* item *was ein getreuer Landſaſſe und Unterthan ſeinen rechten Erb Herrn und Landes Fürſten zu thun ſchuldig,* cum in formula Vaſallagii *der Lehn-Pflicht* ſolum requiratur: *Getreu, gewärtig*



Digitized by Google

*und dienſthafft zu ſeyn*, prout hæc demonſtrant SCHILTERVS loco citato & ZIEGLER citato loco.

§. XII.

Porro obligatus eſt Landſaſſius eadem ratione ac alii ſubditi, (*a*) ad Cenſum & collectas publicas præſtandas, *zur Land-Beede*, *Land-Steuer*, *Ungeld*, *Tranck-Steuer*, *Bier-Steuer &c.* (*b*) Ad hæc enim onera in recognitionem Superioritatis tenetur. Et licet Landſaſſii plerumque, ratione perſonæ, familiæ, Territorii ſubinfeudati, vel prædii ſint immunes, illorum tamen ſubditi ad Collectas tum ordinarias, reales & patrimoniales præſtandas, quam ad tributa vel onera extraordinaria ſoluenda, quæ inprimis vrgente neceſſitate obligantur.

(*a*) prout hoc demonſtrat SPEIDELIVS *von Landſaſſen* dum dicit: Multos eſſe in Imperio Comites ac Barones qui etſi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoſcant, ideoque inter Status & Ordines Imperii referantur, tamen, quia in aliorum prouinciis, vbi ius Landſaſſiatus viget, dominia quoque & domicilia ſua habent, eorum reſpectu pro Subditis illorum Principum habentur, proinde ad onera & munera talium prouinciarum æque ac alii Prouinciales tenentur, & MAVRITIVS *de nobilitate Germanica* §. 39. dicit: *Quod ſpectat die Landſaſſen, ſiue in aulis Principum verſentur, realibus muneribus patrimoniorum ordinariis, tributis & indictionibus eos non minus obſtrictos eſſe putamus quam plebeios.*

(*b*) maxime moderatæ initio hæ collectæ erant, & teſte LEHMANNO *in Chron. Spirenſi lib. 1. cap. 10.* Romanorum temporibus in tres ſolummodo partes diuidebantur, nempe: *Zoll*, *Schatzung und Renthen*. *Der Zoll* ſoluebatur ad Rhenum, vt milites Stationarii ſine incommodo Se-

Digitized by Google

do Senatus Romani poſſint ſuſtentari, *die Schatzung* erat nihil aliud, quam quod ſtato tempore pro agro & capite quouis quicquam ſoluebatur, hoc vero minimum quid erat. Reditus *Renth und Zinſen* ſoluebantur *von allerley Metall Gold- und Silber-Gruben, von Saltz, von Vieh, Wein, Frucht &c.* LEHMANNVS *lib. 2. cap. 5.* probat, quod initio nulla onera & Collectæ fuerint, ſed Darium Perſarum Monarcham, primum fuiſſe, qui ſubditis ſuis Collectas impoſuiſſet, quem ſecuti eſſent Imperatores Latini, eamque ob cauſam *hatten die Teutſchen wegen angebohrner Neigung zur Freyheit, deren Regierung iederzeit feindlich gehaſſet.* Tempore Regum & Imperatorum Francicorum, qui propria ſua dominia habebant & illa poſſidebant ſicuti alius regni Status, LEHMANN. *Lib. 2. cap. 44.* certa quoque Dominia iis aſſignata erant ad tuendam dignitatem ſuam, quæ bona teſte LEHM. l. c. & Illuſtri PRÆSIDE *in Syntag. Iur. Publ. cap. 10. §. 2.* fiſcalia vel fiſcus Regius vocabantur. Hæc vero bona Regni, a patrimonio regis diſtinguenda ſunt, quæ primum Ducibus ac Comitibus ſaltim adminiſtranda, vel etiam Miniſterialibus in feudum concedebantur, a quibus demum iure hereditario ſunt poſſeſſa. Aliæ terræ erant tributariæ, quæ tributo erant obnoxiæ, quod ſoluendum a quouis poſſeſſore, & hodie ſunt, *ſteuerbahre Güther.* Illuſtris Dominus PRÆSES *l. c.* & LEHMANN *l. c.* Quandoque Regalis Cenſus erat præſtandus, vel de capite vel de rebus etiam iuxta LEHMANNVM quoque *l. c.* Hinc *Zoll, Staffel- und Weg-Geld.* Nulli vero Duci vel Comiti primis temporibus licitum erat Collectas, *Schatzungen*, imponere, ſed hoc ſolummodo a Rege fiebat. Poſtquam vero ſub Conrado I. Duces & Comites hæreditarii fuiſſent facti, & deinde ſupra §. 6. ſenſim Superioritatis iura acquiſiuiſſent, ſubditis ſuis Collectas iſtas vel tributa, quæ alias Imperatori erant ſoluenda, impoſuerunt, poſtea ve-

ea vero antiqua hæc Contributionum & moderata exactio in immenſum excreuit, prout longum Catalogum nobis exhibet SPEIDELIVS *voce Schatzungen.*

(c) prout hoc latius demonſtrauit SCHILTERVS *de Landſaſſiis cap. 7. num. 10.* vbi ſimul exempla allegat, quod per pacta quandoque Collectæ aliis quam Territorii Dominis ſoluantur, adlegans, quod Sereniſſimus Dux Gothanus Territorii iure pagum quendam Vtendorff poſſideat, in quo tamen collectæ ad Ducatum Citicenſem pertinerent. Et ZIEGLERVS *ad praxin auream Caluoli §. Landſaſſii concluſione I. n. 150. ſeq.* vbi inſimul ex ſolutione Collectarum & Contributionum ad ſubiectionem argumentatur, niſi ex ſpeciali quadam conuentione aut priuilegio expreſſo vel tacito aliter conuenerit.

## §. XIII.

Gaudent etiam Principes vi Iuris Territorii, poteſtate conuocandi Status ſuos & Landſaſſios ad Comitia Prouincialia *Land-Tæge*, vbi & ipſis Landſaſſiis parendi incumbit neceſſitas. Hæc comparitio indubitatum Superioritatis, Territorialis præbet argumentum. (a) Certo enim tempore, quod fit, vel initio Regiminis vel vrgente neceſſitate, prout vtilitas Prouinciæ poſtulauerit, conuocant Principes Ordines ſuos Prouinciales ad hæc Comitia. (b) Sunt vero hæc Comitia vel vniuerſalia, vel particularia. Illa ſunt ad quæ omnes Status prouinciales vocantur, hæc, quando ſelecti ſolummodo quidam ex Ordinibus Prouincialibus conueniunt, qui vocantur *der Ausſchuß*, & diſtinguitur *in den engern und weitern Ausſchuß.* Habentur Comitia hæc hodie in Aula Principis vel Metropoli Prouinciæ, cum olim ſub dio fuerint inſtituta. (c) In his

Digitized by Google

his Ordines in certas Contributiones ad certos annos conſentiunt, quod vocari ſolet *die Bewilligung*, datis illis a Principe Reuerſalibus. *(d)* Aliaque, quæ ad Prouinciæ vtilitatem faciunt, in iisdem a Statibus cum Principis conſenſu definiunrur. Si deinde de omnibus cum Principe conuenerint, formatur *ein Land-Tags-Abſchied*, qui Receſſus poſtquam publicatus fuerit, habet vim legis prouincialis.

(a) probante hoc Illuſtri Domino PRÆSIDE *in Synt iur. publ. cap. 26. §. 80.* & ZIEGLERO *ad praxin auream Caluoli §. Landſ. concluſ. I. n. 139. & 140.* contradicente licet in fauorem Schwartzburgicorum, FRITSCHIO *de Conuentibus prouincial. cap. 4.*

(b) SPEIDELIVS *voce Land-Tage*, &Illuſtris PRÆSES *in Syntag. iur publ. cap. 26. §. 50.*

(c) totum actum horum Comitiorum, exhibet Illuſtris Dominus PRÆSES *l. c. §. 51.*

(d) *Continuatione Theſauri Beſoldiani voce Land-Tage*, vbi tales Reuerſales Principis, quas Statibus Prouincialibus *der freyen Bewilligung wegen* dedit, extant, & ita ſe habent: *Daß wir ſolche Bewilligung zu ſondern Gefallen und Gnaden der Landſchafft vermerckt, ſondern wir wollen auch dagegen gnædiglich zugeſagt und verſprochen haben, thun ſolches auch hiemit wiſſentlich. daß ihnen den getreuen Standen und ihren Nachkommen obberührte von ihnen beſchenene Bewilligung, an ihren Freyheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, und alten Herkommen, ohne Nachtheil und Schaden ſeyn. &c.*

## §. XIV.

Competit etiam Domino Territorii ius Appellationes ac Prouocationes recipiendi. *(a)* Si nempe Landſaſſius, coram ſe litigantibus Subditis ius dixerit, iſti vero decreto adquieſcere nolint, ad Dominum Territorii,

torii, Eiusdemque Tribunalia adpellant, in quo potior pars Superioritatis conſiſtit. Hanc etiam ob cauſam ipſis in Landſaſſiorum Actiones inquirere licet, qua ratione iſti ſe gerant contra ſubditos ſuos. Eadem ratione Landſaſſii tenentur ad Leges Prouinciales, & Conſtitutiones Dominorum Territorii, *ihre Landes-Ordnungen*, *Hoff-Gerichts-Ordnungen*, Appellations-*Gerichts-Ordnungen*. Nec minus (c) gaudent iure Armandiæ. delectus & luſtrationis militum vel facultate conuocandi ſubditos ad arma. (d) Iure Sequelæ *des Land-Aufbots*, *der Heers Folge*, vi cuius ſubditi ad defendendum Territorium obligati ſunt, & Vaſalli tenentur ſiſtere *die Ritter-Pferde*. (e) In Eccleſiaſticis quoque Superioritas ſacra Dominis Territorii competit. (f) Hinc a Landſaſſiorum etiam Subditis ad Conſiſtoria Principum Suprema appellatur. Immo, ad quæuis Iura Territorialia Landſaſſii obligantur.

(a) hinc SCHILTERVS *de Landſaſſiis cap. 7. §. 17. & 18.* regulam ſequentem ponit: Quicunque eſt Dominus Territorialis, is habet ius recipiendi appellationem a iudicio Landſaſſii immediate.

(b) ZIEGLER *ad praxin auream Calvoli §. Nobiles concluſione I. n. 110.* & SCHILTERVS *Exercit. 6. ad ff. §. 12.* vbi etiam Dominum feudi a Domino Superioritatis probe diſtinguit atque dicit, etiamſi Dominus feudi regulariter etiam ſit dominus Territorii, natura tamen vtroſque differre, ſæpe etiam ſubiecto, ita, vt Vaſallus ſæpe alium agnoſcat dominium feudi alium Territorii illiusue ſit Vaſallus huius vero Landſaſſius, vt Vaſallus *ein Lehnmann*, qui tantum modo nexu feudali obligatus, a Landſaſſio qui & ſubiectione eſt obligatus, ſit diſtinguendus.

Quod

Digitized by Google

quod etiam facit LEISERVS *de Land. Schriftſaſſiis & Amtſ. theſi 26.* quando diſtinguit nobiles in Vaſallos nec Landſaſſios *Lehnleute* & Vaſallos Landſaſſios *Landſaſſen.* Differentiam in eo ponit: quod Vaſalli nec Landſaſſii, *Lehnleute* non niſi ratione cauſarum feudalium coram Domino comparere teneantur, cum in aliis cauſis alios iudices agnoſcant. Vaſallos Landſaſſios vero ratione omnium cauſarum perſonalium & realium teneri. Hanc vero diſtinctionem aliter explicat MAVRITIVS, vbi Landſaſſios eos putat, qui nulla bona feudalia poſſideant, niſi aliter priuilegio, conſuetudine &c. introductum: quod mihi tamen non procedere videtur ex ratione quia Landſaſſii æque ac Vaſalli nexu feudali ſint obligati & æque ſint Vaſalli ac alii, ſolummodo differentia ſit in eo quod Landſaſſii Vaſalli ſimul ſint ſubditi illi vero non.

(c) ZIEGLER *ad prax. aur. Calu. §. Landſaſſii concluſ. I. n. 135. ſeq.*

(d) ZIEGLER *citato loco n. 164.*

(e) Illuſtris Dominus PRÆSES *in ſynt. iur. publ. cap. 26. §. 36. &c.*

(f) Illuſtris PRÆSES *l. c. cap. 26. §. 16, 17. & 18.*

## §. XV.

Inter Priuilegia ac iura præcipua Landſaſſiorum in ſuos ſubditos primum eſt, quod Landſaſſii iurisdictione in ſuos ſubditos gaudeant, quæ ex conceſſione vel eſt ſuperior vel inferior, alta vel baſſa. Hæc vero Landſaſſiis non quatenus ſunt nobiles, competit, ſed quatenus ſunt Landſaſſii. (a) Idem videmus in Ciuitatibus Landſaſſiacis, qui iurisdictione ſane non gaudent ex ea ratione, quia ſunt Ciuitates, ſed quia in numerum Ciuitatum Landſaſſiacarum fuerunt relatæ. Porro

D Sub-

Digitized by Google

Subditi Landſaſſiorum tenentur iis præſtare juramentum fidelitatis & ſubiectionis, ad quod præſtandum toties obligantur, quoties perſona Domini fuerit mutata, & mediante corporali iuramento iurant: *daß ſie ihren angebohrnen Herrn und deſſen Erben wollen getreue und gehorſame Unterthanen ſeyn.* (b)

(a) Dominus SCHILTER *cap. vlt. num. 1, 2, 3. &c.* & ZIEGLERVS §. *nobiles conclusione prima, num. 1. &c.*

(b) SPEIDELIVS *voce Huldigung.* SCHILTERVS *loco citato num. 8.* & ZIEGLERVS *loco citato num. 2, 3, 4, 5. ſeq.* vbi rationem præſtandi homagii ponunt: nempe vt per hoc purgetur & tollatur ſuſpicio ſeditionis & rebellionis. Sed quæritur, Si quis detrectet iurare: quid tunc faciendum? Reſpondetur, aut id detrectat quia conſuetudine vel præſcriptione vel conuentione aliud introductum, nam in quibusdam locis ruſtici non iurant, ſed loco iuramenti per ſolam porrectionem manus, *durch den Handſchlag* in iurisdictionem, ac poteſtatem Domini accipiuntur. aut detrectat iurare ex maleuolo propoſito, & tunc incidit in rebellionis ſuſpicionem & bonorum publicationem, aliisque coercetur pœnis.

## §. XVI.

Sicuti vero Dominus Territorii in Landſaſſios ſuos iure Collectarum gaudet, ita viciſſim Landſaſſius in ſubditos ſuos ius collectandi habet, prout illis hoc conceſſum, vel vſu fuerit introductum, vtpote ad æs alienum ſoluendum, vel pro communi lite totius Vniuerſitatis &c. atque hoc caſu (a) collectam ſingulis membris poſſunt imponere. Porro gaudent Landſaſſii iure ſuccedendi in bona vacantia, *erbloſe Güter*, quod tamen Doctores iis ſolummodo tribuunt, qui habent iuriſdi-

ctio-

Digitized by Google

ctionem altam. (*b*) Gaudent etiam iure condendi ſtatuta ii ex Landſaſſiis, qui merum habent imperium & quidem in negotiis politiam concernentibus: *Kleider-Ordnung, Becker-Ordnung &c.* etiam ſine Principis confirmatione. (*c*) Habent etiam iura emphyteutica & cenſitica, hinc plerique Landſaſſiorum ſubditi iis obligati ſunt ratione fundorum ſuorum, quos vel iure emphyteutico vel cenſitico poſſident, vel Canonem, *einen Erb-Zinß*, vel cenſum *einen Zinß*, vel etiam operas præſtare tenentur. (*d*) Vi iurisdictionis habent quoque Landſaſſii ius hebdomalia emporia inſtituendi etiam ſine præſcitu Domini *Wochenmarckte*, ſicuti Princeps *Iahrmarckte.* (*e*) Et quæ ſunt ſimilia, vt ius detractationis &c. quæ omnia latius pertractat citatus ZIEGLERVS.

(*a*) ZIEGLER *ad praxin aur. Calv. §. Ciuitas concluſ. I. n. 42. 43. ſeq.* SCHILTER *cit. l. n. 11. &c.*

(*b*) SCHILTERVS *l. c. num. 34.* & ZIEGLER *§. Nobiles concluſ. I. num. 22. & 23.* vbi verba iur. Sax. allegat: *Ob iemand erbloß ſtirbt, da ſich niemand zeiget binnen Iahr und Tag, das fallt an die Kœnigl. Gewalt.* Vbi tamen per verba *Kœnigl. Gewalt* intelligunt etiam illos, qui habent iurisdictionem criminalem, vel vt verba ſonant: *dem das Schwerdt anbefohlen iſt zu rechten.* Sub his bonis intelligunt etiam allegati Autores bona vtenſilia, vel Geradam, ad cuius probationem allegant verba *des Land-Rechts:* Gerada *wenn ſie erbloß ſtirbt, gehœrt ſie in die Kœnigl. Gewalt*, ſiue ei *dem die Ober-Gerichte zuſtehen, und von ſolchen Fallen muß er die Gerichte, Stœcke, Pranger, Galgen und Fehmſtadt erhalten. &c.*

(*c*) ZIEGLER *§. Ciuitas concl. I. n. 29.* SCHILTER *de Schrifftſaſſiis cap. 6. n. 12.*

(*d*) Has operas diuidunt *in Wagen-Dienſte und Hand-Dienſte*, illæ ſunt, ſi ruſticus tantum agrorum poſſidet, vt equos vel boues alere poſſit. His operas ruricales præſtant. Hæ ſunt, quæ non habent tantum agrorum, ſed & operas manuarias ſaltem tenentur *Hand-Frohnen*, *Getreayde abſchneiden*, *Heu machen*. *&c.*

(*e*) Illuſtris PRÆSES *in ſynt. iur publ. cap.* 26. §. 67. SCHILTER *de Landſ. l. c. n.* 46. ZIEGLER §. *Ciuitas, concluſione prima num.* 12.

## SECTIO SECVNDA

DE

# *Statu Thuringiæ.*

§. I.

STatum Thuringiæ explicaturus, præprimis nominis notatio celeberrimi huius populi præmittenda videtur. Pateſcit autem, vocem Thuringen ex Thor vel Thur, & ingi vel ingen compoſitum eſſe. De vocis Thor vel Dor deriuatione innumeræ fere ſunt opiniones. Aliqui enim deducunt, a duritie, quaſi Thuringi eſſent homines duri, *ſtreitbahre*, *dauerhaffte Menner.* (*a*) Alii non erubeſcunt, huius populi nomen a ſtultitia, *Thorheit*, *thœricht* deriuare. (*b*) Alii ab Hermunduris. Alii a Tyrigetis (*c*) Thraciæ populis. Alii a Deuringis, Reudingis, Theuringis. (*d*) Alii deriuandam eam eſſe putant ab Iringo, Thuringorum quodam præcipuo ac potenti. (*e*) Sed tranſeant hæ opiniones cum omnibus, quas longiſſime Ludvvigius (*f*) & Sagittarius (*g*) adducunt, tanquam meræ coniecturæ. (*h*) Vero ſimiliorem foret Sagittarius, (*i*) dum ab antiquo

Thu-

Digitized by Google

Thuringorum Deo *Thor* dicto, ducit. Sub quo intelligebatur Iupiter, (*l*) quem ſub hoc nomine, Thuringi venerabantur. (*m*) Altera vocis pars Ingi, apud antiquos poſteritatem notabat, prout ex nominibus patet: Merouingi, Carolingi, Lotharingi, Capetingi &c. Siue poſteritas, Merouæi, Caroli, &c. (*n*) Sic in antiquitate nobiles appellabantur Adelingi *adeliche* poſterité, ita Thuringi poſteritas Thoris. Ex his igitur vocibus compoſita vox Thüringen.

(*a*) *Autor de Landgraviis Thuringiæ cap. I.* HEIDERVS *in oratione de Thuringia.*

(*b*) prout Chronicographus *Binhardus Lib. I.* aliique putant. *Gloſſa des Sachſen-Spiegels ad art. 44. Lib. III.* quas opiniones reiiecit ALBINVS *in ſpecim. hiſt. Thur. nou.*

(*c*) cum hac opinione cui aſſentitur *Melanchton in Erklährung der vocabulorum in Taciti Germania* apud *Schardium Tom. I. rer. Germ.* non contentus eſt *Sagittarius in Antiqu. Lib. I. cap. II.* Neque CLUVERVS *in Germ. antiq. Lib. I. cap. III.* neque LAVRENTII *in monumentis Romanor. in Thuringia cap. I. Part. II.* licet etiam hic a vero aberret, dum Thuringos Sueuos fuiſſe velit, hac potiſſimum ratione vſus, quod eorum nomen a Tulingis deriuandum, hi vero Sueui fuiſſent. Sed quam inanis ſit tam nominis deriuatio, quam quod Thuringi Sueui fuiſſent, cuilibet patebit. Ex eadem ratione enim Albinus quoque ſupra cit. loco opinionem illam reiecit, quod Thuringi idem eſſent cum Hermunduris, quia hi pars eſſent Sueuorum, quibus nulla cum Thuringis amicitia, potius frequentia bella.

(*d*) vt CLUVERVS *in Germ. ant. Lib. III. cap. XXVII. p. 105.*

(*e*) GOBELINVS PERSONA *in Coſmodromio ætate V. cap. XI.* Hic Iringus conſiliarius fuit præcipuus, ſed infidelis Thuringorum Regis.

(*f*) *in Germania Principe lib. II. cap. II.*
(*g*) *in Antiquit. Regni Thur.*
(*h*) vt ait ALBINVS *cit. loco.*
(*i*) *In Antiq. Regni Thur. lib. I. cap. III.* Illuſtris Dn. PRÆSES *in Synt. hiſt. Germ Diſſ. II. §. VII.*
(*k*) de huius Dei nomine ac origine vid. SAGITTARIVS *c. l.* CLUVERVS *in Germ. ant. Lib. I. cap. XXVI. p. 227.* vbi a tonitru deriuatur, vel a voce Thoras *kühn ſeyn*, quam habet opinionem OLAVS RVDBECK *in Atlantica ſua.*
(*l*) CLUVERVS *c. l.* SAGITTARIVS *c l.*
(*m*) Cultus in eo conſtabat, vt precibus & victimis eos venerarentur, SAGITTARIVS *in Antiqu. Gentiliſmi Thur. Lib. I. cap. III.* Alii Thuringorum Dii erant Crodo, Büſterich, cuius Statua adhuc Sondershuſæ aſſeruatur, & alios quoque Solem & Lunam, Mercurium & Martem colebant. TACITVS *in Annalibus.* Illuſtris Dn. PRÆSES *in Synt. hiſt. germ. diſſ. de Diis Germ.*
(*n*) SAGITTARIVS *in Ant. regni Thur. Lib. I. cap. III. & in epiſtola de antiquo Thur. Statu.* SCHEFERVS *in Vpſalia pag. 61.*
(*o*) *locus citatus Schefferi* maxime notabilis eſt, dicit enim: Taranis profecto ſiue Thori potius memoria adhuc ſeruari in Toringorum gentis, inter germanicas celeberrimæ vocabulo videtur.

## §. II.

De Thuringorum origine ac aduentu in terras haſce, varias iterum reperimus opiniones. Quidam enim ex antiquo Græcorum cum Troianis bello illos in Germaniam deſcendiſſe autumant. (*a*) Chronographi (*b*) aſſerunt, quod de Ponto Euxino, cum vicinis ſuis

ſuis Myſis, Getis, Cimmeriis & Dacis profecti, Septentrionem verſus, ad mare Balticum ſedes ſuas fixerint. SPECVLVM SAXONICVM (*c*) contendit, ſub exercitu Alexandri M. fuiſſe Thuringos, qui eo mortuo, in Boruſſia & Pomerania Lares poſuiſſent, vbi a Saxonibus fuiſſent deuicti. Alii Thuringos eoſdem eſſe putant cum Hermunduris, (*d*) alii cum Cheruſcis, (*e*) vt alias taceam. Hinc vetuſtas Thuringorum ſedes enumerare, mei non eſt inſtituti, ſufficiat, quod, licet omnes incertæ ſint opiniones, illi tamen, quam fouet SAGITTARIVS, ſubſcribam. Nempe a Gothis ortos eſſe Thuringos, atque cum illis ex Septentrione in Germaniam demigraſſe, (*f*) licet demonſtrandum haud eſſe putet, (*g*) an ſoli, an cum aliis Gothis iuncti e regionibus ſeptentrionalibus egreſſi, Albim tranſiuiſſent, & has regiones occupaſſent. Hanc fouet quoque STIGELIVS. (*h*) Dum hoc patere dicit, tam ex ipſo Thuringen nomine, quod ab antiquo Gothorum Deo acceperunt, (*i*) quam ipſa Thuringorum lingua antiqua, quæ teſte SAGITTARIO (*k*) olim cum Gothica plurimum conueniebat.

(*a*) SAGITTARIVS *in Ant. Regn. Thur. Lib. cap. IV. & VI.*

(*b*) BINHARD. *in Chronico p. 3.*

(*c*) *Art. XLIV. Lib. III. p. CCCC. & CCCCI.* quod vero hic Spec. Sax. de Thuringis aſſerit GOBELINVS PERSONA ætate V. cap. XI. habet de Saxonibus.

(*d*) Ipſe quoque SAGITTARIVS *de ant. Thur. Statu*, hanc fouet opinionem, ac in illa ſequitur CONRINGIVM *de antiquiſ. Helmſtadii Statu.* PETRVS ALBINVS vero huius opinionis Autori contradicit, quia Hermunduri pars eſſent Sueuorum, quibus nulla cum Thuringis amicitia.

(*e*) DANCK-

Digitized by Google

(*e*) DANCKWERTH *in ſeiner Schleßwig-Hollſteiniſchen Landes-Beſchreibung part. I. cap VII.* Huic vero contradicit SAGITTARIVS *Lib. I. cap. IV. c. l.* §. *21.* & LAVRENTII *in monumentis Romanor. in Thur. part. II. cap. I.*

(*f*) Gothi vero iuxta SAGITTARIVM *c. l.* primo ex Aſia profecti, deinde per Scythiam Europæam in Septentrionem progreſſi, proprium regnum ibi ſtabiliuerunt. Vberius de horum migrationibus egit LAZIVS *de Gent. Migr. Lib 10.*

(*g*) *in Ant. Reg. Thur. Lib. I. cap. IV.*

(*h*) *in oratione in funere* Alberti Schwarzburgenſis Comitis habita.

(*i*) vid ſupra *§. 1. h. ſect. nota L.* & LOCCENIVS *in Ant. Sueo-Gothicis Lib. I. cap. III.*

(*k*) *cit. l. lib. I. cap. IV.*

## §. III.

Thuringiæ antiquæ fines ampliores longe erant hodiernis, ad Rhenum enim Albim & Salam *fluuios* ad Oceanum uſque verſus Septentrionem erant protenſi. Omnis vero Thuringia diuidebatur in *Nord-Oſt-Sud und Weſt-Thüringen.* Septentrionalis ab Vnſtruto fluvio uſque ad Albim patebat. *(b)* ad Auſtralem magnæ Franconiæ pars pertinebat. (*c*) Orientalis hodiernam Oſterlandiam, Occidentalis vero Haſſiam comprehendebat. Regum poteſtate ceſſante, Thuringia diuidebatur in Borealem & Auſtralem, ſeu cis & trans Vnſtrutanam, vel quod idem, in Saxonicam & Francicam, Borealis enim in Saxonum & Auſtralis in Francorum venit poteſtatem. Nullum vero reſtat dubium, quod omnis Thuringia Regibus fuerit ſubiecta, dum apud diuerſos Scriptores fide dignos nomina & res geſtæ Regum Thurin-

gorum

Digitized by Google

gorum adhuc ſuperſunt. Qualis vero & quanta fuerit Regum poteſtas, an libera an reſtricta, quo tempore regnum ortum, an iure hæreditario, an electitio (*d*) delatum fuerit regimen, nunquam ſatis exacte poterit demonſtrari.

(*a*) veræ ſedes Thuringorum circa Albim maxime ac Rhenum fluuios fuerunt, ex ſuis vero eiecti circa Vnſtrutam & Albim fluuios, vbi hodierna Thuringia eſt ſeceſſerunt. Cum hoc omnes fere Scriptores conueniunt, SAGITTARIVS *in Ant. Regni Thur. Lib. II. cap. II.* §. 21. & *cap.* 12. §. 28. SIFFRIDVS *Presbyter Lib. I.* apud PISTORIVM *p.* 682. COCCEIVS *in iuris publ. prudentia cap. III. ſect. III.* Dominus a LVDEWIG *in Germ. Principe Lib. III. cap. II. aliique.*

(*b*) SAGITTARIVS *c. l. Lib. II. cap. XII.* MEIBOMIVS *de pagis Saxoniæ*, vbi inter alios commerat Magdeburg, Helmſtædt &c. plures vero SAGITTARIVS *ex Diplomatibus Ottonis.*

(*c*) SAGITTARIVS *in Ant. Regn. Thur. l. c.* MEIBOMIVS *l. c.* vbi inter alios vicos inuenio quoque vrbem Salzungen.

(*d*) HERTIVS quidem *in notitia veteris Germ. populor. part. III. cap. IV.* putat: Reges non electione ſed ſucceſſione ad regnum perueniſſe, & exempla ſucceſſionis atque diuiſionis allegat, dum Hermanfredus cum ſuis fratribus regnum diuidiſſet. Sed contradicit ſibimet ipſi dum exemplum electionis allegat c. l. hinc patet incertum eſſe qua ratione regimen fuerit delatum.

(*e*) SAGITTARIVS *in epiſtola de Ant. Thur. Statu & in Ant. regni Thur. Lib. II. cap.* 1. 2.

## §. IV.

Thuringorum Regum diuerſi memorantur a Chronographis, verum quidam non adeo certæ fidei



Digitized by Google

(a) ALBINVS (b) recenſet Regem Heroldum vel Herolum, qui tempore diſſenſionis cum Sueuis vixiſſe dicitur, & Merouigum Chlodionis Francorum Regis vel filium, vel cognatum. De hoc dicunt, quod poſt Chlodionis obitum an. 448. Rex factus fuerit Francorum. (c) De iis, qui ſunt certiores *Autor de Thuringia Landgrauiis* (d) dicit: Poſt Merouigum regnaſſe Baſſinum (e) ſeculo quinto. Tunc in Francia regnabat Childericus Merouæi filius, qui tamen male rempublicam adminiſtrabat, ita, vt dum contra ipſius vitam varia tentarentur in Thoringiam aufugere neceſſum haberet, vbi apud Baſinum Regem latuit, (f) & cum illius coniuge turpem vitam peregit, (g) vſque dum in regnum reuocatus, Baſina, relicto viro ſuo, eum in Franciam ſequeretur. Poſt hunc inuenimus Hermenfridum vltimum Regem, (h) qui vnum de fratribus ſuis interfecit, alterum vero ope Francorum Regis deuicit.

(a) BINHARDVS *ad an. Chr. 40.* Regem Weibel ponit, & ad an. 319. Hogerle &c.

(b) *in ſpec. hiſt. Thur. noua p. 353.* hic cum ſæpius memorato Hogerle idem fuiſſe videtur, quia diſſenſio cum Sueuis ad hæc tempora referuntur. LVCÆ *im Fürſten Saal part. 3. cap. 1.* Athanarici & Widelphi Thuringorum Regum mentionem facit.

(c) ALBINVS *p. 358.*

(d) *cap. 4.*

(e) GREGORIVS TVRONENSIS eum vocat Biſinum. *Albinus* Baſſuinum. LAVRENTII *vero in Monum. Roman. in Thur. part. 2. cap. 2.* negat hunc Regem Thuringiæ fuiſſe, ſed ſine fundamento.

(f) SAGITTARIVS *in epiſtola p. 15. Hiſt. Franc. epit. n. XI.*

GRE-

Digitized by Google

GREGORIVS TVRONENSIS *Lib. 2. cap. 12.* SAG. *in Ant. Regni Thur. Lib. 2. cap. 9.*

(*g*) SAGITTARIVS *c. l.* GESTA. FR. *epit. cap. 7.* AIMOINVS *Lib. I. cap. 8.*

(*h*) GREGORIVS TVRONENSIS hunc vocat Hermenfridum *Hiſt. Franc. epit.* Ermenfridum. PROCOPIVS Mernerefridum. SIFFRIDVS Erinfridum. SAGITTARIVS vero Hermenfridum.

§. V.

De Thuringorum geſtis, multa prorſus falſa, dubia ac incerta, multa vero adeo fabulis conſpurcata inueniuntur, vt illorum quoque veritas reddatur obſcura. Inter hæc referenda eſt, narratio Wittichindi (*a*) dum aſtutiam Saxonum refert, qua Thuringos ex Hadeloa eieciſſent. (*b*) Nulla quoque fide nituntur, quæ de Iulii Cæſaris aduentu in has terras dicuntur, (*c*) & de geſtis Attilæ atque Iſenaci habitis Comitiis. (*d*) Certiora tamen ſunt diſſidia cum Sueuis (*e*) fœdera cum Saxonibus, Francis, aliisque inita. Maioris vero momenti: Quod Clodio Francorum Rex, Thuringiam inuaſerit, & in illius finibus ſedem ſuam regalem Diſpargi, poſuerit. (*f*) Et quod Baſſini temporibus Clodouæus primo Thuringos, cum Alemannis & Boiis an. 496. ad Tolpiacum vicerit, Thuringiamque fecerit tributariam. (*g*) Hermenfridi Baſini filii temporibus regnum Thuringiæ funditus, delebatur. Hic regnum diuiſum poſſedit cum fratribus, & in matrimonium duxit Amalebergam, e familia Regum Oſtrogothorum in Italia. (*h*) Hæc virum inſtigauit, vt vnum fratrum Bertharium interficeret, (*i*) alterum vero Badericum ope Thiederici, Francorum Regis vicit, cui Hermenfridus

 dimi-

dimidiam partis fraternæ promiſit in compenſationem. (*k*) Verum cum promiſſa non ſeruaret, orta ſunt disſidia illa, quæ acerbiſſimum Regi regnoue Thuringorum interitum procurarunt. (*l*) Dietericus enim Thuringos ad Vnſtrutam fluuium, uſque in fugam coniecit. (*m*) Prœlium hoc commiſſum videtur ad Tennebergam, (*n*) vnde Irmenfridus cum reliquis Thuringis in caſtellum *Scheiding* confugit. (*o*) Dietericus deinde Saxones in auxilium vocauit, (*p*) qui venientes ſtatim oppidum Caſtello ſubiacens, occuparunt & concremarunt. Thuringi ex arce irruentes, multos Francorum, Saxonumque interfecerunt. (*q*) Hoc facto Hermenfridus omnia ſua Thiederico offerebat, vitam ſaltim ſuam ſuorumque ſibi expetens, (*r*) quod etiam promiſſum fuit. Verum Saxones arcem per proditionem occuparunt, (*s*) & per ſortem Thuringiam cum Thiederico diuiſerunt, ita, vt Saxones acciperent Thuringiam trans *Vnſtrutanam* ſeu borealem verſus ſyluam Hercyniam. Franci vero cis Vnſtrutanam ſeu auſtralem, hinc diuiſio fuit enata in Thuringiam Francicam & Saxonicam, ſeu ſeptentrionalem & auſtralem. (*t*) Rex Irmenfridus vero, teſte *Wittichindo*, (*u*) Saxonibus irruentibus, in Caſtellum aufugit, & tandem dolo Dieterici Regis Tolbiaci fuit interfectus. (*w*) Hic igitur finis fuit ampliſſimi Thuringiæ regni (*x*) quæ tota tamen facta fuit iuris Francici.

(*a*) *in Annalibus Lib. I. p. 629.* GOBELINVS PERSONA *in Coſmodromio ætate V. cap. XI.*

(*b*) Certum equidem eſt, Thuringos ſedes ſuas antiquas dereliquiſſe, ſed incertum an ex Hadeloa eiecti. Hinc recte ait

ait SAGITTARIVS *in Ant. regni Thur. Lib. I. §. 39. cap. IV.* quod quidam eſſent, qui hoc aſſerere vellent verum WITTICHINDVM ad quem prouocant, ne verbo dicere quod a Saxonibus fuiſſent eiecti, ſed eos ſolum fuiſſe victos & coactos ſedes quasdam Saxonibus relinquere,

(c) quod probare ſtudet AVTOR *de Landgrauiis cap. II.* ſed cui hiſtoria vel romana vel Iulii Cæſaris vel germanica paululum modo, nota eſt, videbit hæc omnia eſſe falſa. SAGITTARIVS *Lib. II. cap. I.* PETRVS ALBINVS *pag. 341.*

(d) locum quo probare ſtudent geſta Attilæ in Thuringia habet LAZIVS *de gentium migrationibus Lib. IX. Da der Chünig Etzl Franckreich zerſtört, kahm Er gen Cöln und döttet Urſulam des Khünigs Tochter von Britannia mit äyndlöff tauſend Mayden, darnach zog Er gen Thüringen in das Land, und rufft einen Hoff pey der Stadt Iſanach &c.* Sed oppono SAGITTARIVM *in epiſtola* qui dicit: *At ſi non magis vera hæc Attilæ Comitia, quam Urſula cum duabus prope Virginum gionibus martyrum, vereor ne tota hæc narratio ficititia ſit & commentitia. vt & in Ant. Reg. Thur. Lib. II. cap. V.*

(e) ALBINVS *in ſpec. hiſt. Thur. p. 353.* & LVCÆ *im Fürſten-Saal*, probant, quod Thuringi cum Sueuis aliisque vniti cum Romanis bellum geſſiſſent, Romanosque viciſſent, multaque bona acquiſiuiſſent, quorum diſtributio cauſa diſſenſionis Sueuos inter atque Thuringos fuit.

(f) GREGORIVS TVRONENSIS *Lib. II. cap. 9.* HIST. FRANC. *epit. cap. 9.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad annum 431.* Quæritur hic qualis locus & vbi ſitus fuerit? Variæ ſunt opiniones de nomine ac ſitu huius Caſtelli, quas vberius pertractat Illuſtris Dn. PRÆSES *in Synt. hiſt. germ. Diſſ. I. §. 14.* & SAGITTARIVS *Lib. II. cap. II.* vt & Illuſtris Dominus PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. III. §. 4. not. t.* Qui dicit nullum alium locum fuiſſe quam caſtrum Dilsbergum prope Heidelbergam. Hoc ſitum eſt tria

 millia

Digitized by Google

millia paſſuum a Rheno, & quidem cis Rhenum, vt verba Autorum probe applicari poſſunt, ſi dicunt: Chlodionem exploratores trans Rhenum miſiſſe.

(g) SIGEBERTVS GEMBL. *ad an.* 495. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. cap.* 27. TRITHEMIVS *in Annal. Francor.* GOBELINVS *ætate VI. cap. XXIV.*

(h) diſſentiunt hic Scriptores, quidam enim eam Regis Oſtrogothorum ſororis filiam, quidam ſororem ipſam fuiſſe putant. Sed hoc nihil ad nos, ſufficit ſcire eam fuiſſe Oſtrogothicam SAGITTARIVS *c. l.*

(i) GREGORIVS TVRONENSIS *lib. III. cap. IV.* HIST. FR. *epit. cap.* 33. SAGITT. *in epiſt. p.* 19.

(k) GREG. TVR. *Lib. III.* SIGEBERT. GEMBL. *ad ann.* 518.

(l) GREG. TVR. *c. l.* SIGEBERT. *ad ann.* 524. WITTICHINDVS *p.* 630. aliam belli cauſſam allegat, putat enim Amalbergam Hermenfridi coniugem fuiſſe Chlodouæi Franc. Regis filiam vnicam, & Theudericum Francor. Regem filium quidem Chlodovæi fuiſſe, ſed ex concubina natum, hinc quia filia vnica regnum petiiſſet, bellum ortum eſſe. Sed ſupra iam dictum Amalbergam fuiſſe Oſtrogothicam, & ſi etiam concederem, quod fuerit filia Chlodouæi, tamen non vnica, quia Chlodouæus quatuor habebat filios, de vno vero horum probat TVRONENSIS *Lib. II. cap XXIIX.* quod fuerit legitimus, PFEFFINGER *ad Vitriarium Lib. I. Tit. XVI. Tom. 2. p.* 205.

(m) TVRONENSIS *Lib. III. cap. VII.* SAGITTARIVS *Lib. II. cap. XI. §.* 14.

(n) huic opinioni, quod hoc prœlium ad Tennebergam ſit commiſſum, contradicit MEIBOMIVS *in notis ad* WITTICHINDI *Annal.* nam WITTICHINDVS hunc locum p. 631. vocat *Runibergum*, quod MEIBOMIVS putat eſſe *Ronneberg in notis p.* 668. cum quo conuenit AVTOR *de Landgrauiis cap.* 5. LAVRENTII *in Monumentis Rom. in Thur.*

Digitized by Google

*Thur. part. II. cap. 3.* verſus Rhenum hunc locum eſſe quærendum putat, hinc conie&turantur, *Sigeburgum* ad fluuium Ruar eſſe hunc locum. Sed quomodo hoc conuenit, cum locis Scriptorum, ex eo patet, quod Thuringi a Rheno uſque ad Onſtrudam fugiſſent, ſi LAVRENTIO credendum. Hinc recte concludit SAGITTARIVS *in epiſtola p. 23.* hunc locum eſſe *Teinneberg*, quia in hoc tractu illum inuenimus.

(*o*) AVTOR *de Landgrauiis cap. 5.* SIFFRIDVS *Lib. I.* WITTICHINDVS *Lib. I.*

(*p*) ADAMVS BREMENSIS *Lib. I.* WITTICHINDVS & SIFFRIDVS *c. l.*

(*q*) WITTICHINDVS *Lib. I. p. 632.*

(*r*) WITTICHINDVS & SIFFRIDVS *c. l.*

(*s*) SAGITTARIVS *in Ant. Reg. Thur. Lib. II. cap. XII.* & WITTICHINDVS *c. l.*

(*t*) SAGITTARIVS & WITICHINDVS *c. l.*

(*u*) *in Annal. Lib. I.*

(*w*) GREGORIVS TVRONENSIS *Lib. III. cap. VIII. p. 112.* & *113.*

(*x*) SAGITTARIVS *Lib. II. cap. vlt. ſpeciale carmen de huius regni excidio habet, quod eſt* VENANTII FORTVNATI, *quod ex veteri Codice in monaſterio quodam Treuiris inuento edidit* BROWERVS.

## §. VI.

Regno igitur Thuringorum inter Francos, Saxonesque diuiſo, peruenit pars Thuringiæ, quæ Landgrauiatus hodie vocatur, ad Francorum Reges Auſtraſiæ, (*a*) qui eam ſecundum ſua inſtituta gubernabant. Thuringia vero borealis, iuxta Saxonum ciuilem & bellicum gubernandi modum adminiſtrata eſt, uſque dum omnis Saxonia cum Thuringia Sax. ad victorum Fran-

Digitized by Google

Francorum rationes plane componeretur. (*b*) Sub horum regimine parum memoratu dignum contigit. Sub Chlotario enim Thuringi rebellantes, fuerunt ſubiugati. (*c*) Poſtea cum filiorum natu minimus Chlotarii, Sigebertus Auſtraſiam acciperet, Hunnos Thuringiam infeſtantes deuicit. (*d*) Hoc defuncto, frater Chilpericus, filium Childebertum excludere volebat. Principum vero & Magnatum Auſtraſiæ præcipuus Gundobaldus, eum ſaluum Metim perducebat, & in regno confirmabat. Sub huius filio Theodeberto Hunni Thuringiam infeſtantes, non niſi accepta pecunia ad propria redibant. (*e*) Exorto bello fraterno, Thuringi Theodebertum adiuuabant. (*f*) Occiſo quoque illius fratre Theodorico inſtigante Brunichilde, (*g*) nullisque relictis legitimis filiis Clotharius II. clam a Magnatibus in regnum vocatus, (*h*) omne Francorum Imperium ſuam ſub poteſtatem redegit (*i*) ſaluis ſingulorum regnorum iuribus. Hic filio Dagoberto M. Auſtraſiam Thuringiamque dedit regnandam. (k) Sub hoc Slaui Vinidi, Thuringiam inuaſerunt illiusue partem occuparunt. Hinc Dagobertus pactum iniit cum Saxonibus, iisque annuum tributum indulſit, vt Thuringiam de Vinidis liberarent. (*l*)

(*a*) SAGITTARIVS *in Ant. Ducatus Thur. Lib. I.* Illuſtris Dn. PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. III. §. 5. & Hiſt, germ. diſſ. 6. §. 10.*

(*b*) REINHARD *in Ant. Thur. March. &* SAGITTARIVS *de antiquo Thur. ſtatu.*

(*c*) GREGORIVS TVRONENSIS *Lib. IV. cap.* X. AIMOINVS *Lib. II.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad an. 556.* ALBINVS *in ſpec. hiſt. Thur. p. 369.*

(*d*)SI-

(*d*) SIGEBERTVS *ad an.567.* GREGORIVS TVRONENSIS *Lib. IV. cap. XXIII.* SAGITTARIVS *in Ant. Ducatus Thur. Lib. I. cap. V.*

(*e*) AIMOINVS *Lib. III.* SIGEBERTVS *ad ann. 601.* ALBINVS *c. l.*

(*f*) *De hoc bello illiusque cauſa vid.* LEHMANNVM *in Chron. Spirenſi Lib. III. cap. VII.* ALBINVS *l. c.* PETAVIVS *in rationario Temp. part. I. Lib. VII. cap XIV.*

(*g*) LEHMANN *c. l. cap. IX.*

(*h*) huic Clothario ſe opponebat Brunhild, ſed aufugiebat, poſtea vero capta eſt, & ſeuere in illam animaduertebat Clotharius. LEHMANN *Lib. III. cap. IX.* SAGITTARIVS *c. l.*

(*i*) LEHMANN *Lib. III. cap. X.* SIGEBERTVS GEMBL. *ad ann. 618.* SAGITTARIVS *c. l.* ALBINVS *c. l. &c.*

(*k*) SIGEBERTVS *ad ann. 628.* FREDEGARIVS *in Chron. p. 631.*

(*l*) AVTOR ANONYMVS *de Geſtis Dagoberti apud* LEIBNIZ *Tomo I. rer. germ. p. m. 66.* SIGEBERTVS *ad an. 642. &c.*

## §. VII.

Primus Thuringorum Dux memoratur Radulphus, ſub Sigeberto III. Franci enim omnes ipſis ſubiectas prouincias per Duces illisque ſubiectos Comites regebant. (*a*) Hic Radulphus rebellabat, (*b*) ac Sigebertum cum exercitu venientem pacem petere coegit. Deinde Regem ſe gerebat in Thuringia, licet non in totum Sigeberto denegaret regimen. (*c*) Ab hoc Duce ſilent Scriptores de aliis, uſque ad tempora Imperatorum Carolingicorum. Thuringia vero ſub Sigeberti filio Dagoberto manſit, qui Auſtraſiæ præponebat Maiorem domus Grimoaldum. Hic vero infidelis Childebertum,



Digitized by Google

qui nato nondum Dagoberto, hæres deſignatus erat,(*d*) Auſtraſiis in Regem obtrudere conabatur, hinc Dagobertum attonſum in Scotiam mittebat. Dagobertus vero, punitis a patruo ſuo Chlodouæo Neuſtriæ Rege Grimoaldo & filio ſuo (*e*), ex Scotia redux in Auſtraſia imperauit (*f*) hoc mortuo, Childericus totius regni factus eſt Dominus. Sub Theodorico, Maior Domus erat Pipinus, qui fere ſolus Dominus fuit in Auſtraſia, quia Regibus nihil præter nomen reliquerat (*g*). Pipino ſuccedebat filius Carolus Martellus (*h*). Hunc Chilpericus, a Maiore Domus Ragenfrido, excluſo Dagoberti filio, Rex electus, inuaſit, victus vero & Franciæ Rex factus eſt Lotharius. (*i*) Paulo poſt vero, regnum obtinuit Chilpericus, regio quidem nomine non vero poteſtate (*k*). Sub Carolo Martello, Bonifacius, Thuringorum Apoſtolus dictus, venit in Thuringiam, & populum aberrantem in viam reduxit. (*l*) *Bini* tunc in Thuringia Duces erant, Theobaldus & Hedenus, qui Tyrannidem moliebantur, (*m*) verum a Carolo in ordinem fuerunt redacti. Poſtea filio natu maximo Auſtraſiam Thuringiamque (*n*) adſignauit. Tunc Franci Childericum ex ſtirpe Regum Francorum, Regem ſibi conſtituerunt. Carolomanno in Monaſterium ſecedente (*o*) Pipinus frater ſolus factus eſt Dominus, qui aliquoties ingreſſus eſt Thuringiam. (*p*) Poſtea Childerico in Monaſterium detruſo, in Regem Francorum fuit vnctus Pipinus, (*q*) & Dominus factus eſt Thuringorum. His temporibus de Ducibus omni Thuringiæ præfectis, nihil reperitur, dum epiſtola Papæ Gregorii II. ad Thuringorum Proceres ſaltim occurrit,

cum

cum inſcriptione: Viris Magnificis Aſolpho, Godolao, VVilario, Gunthario, Albodo & omnibus Deo Dilectis Thuringis. (r)

(a) Hic de antiquo Francorum regimine quid dicendum erit. Omnes illorum prouinciæ in certas partes diuidebantur, vtplurimum in pagos ſeu ceros regionum diſtrictus Germ. Gaw, Gau. SAGITTARIVS *in Ant. Duc. Thur.* & MEIBOMIVS *de Pagis Saxoniæ vicinarumque regionum.* LEHMANN *in Chron Spirenſi Lib. II. cap. XIIX.* Simili modo Thuringia noſtra in certos pagos fuit diuiſa, paucos vero ob ſilentium Scriptorum inuenimus præter pagum *Nord Thüringen.* MEIBOMIVS *de Pagis Saxoniæ*, MARCVS WAGNERVS *von Königreich Thüringen.* SAGITTARIVS *in Ant. Regni Thur. Lib. II. cap. XII.* ex Diplomatibus Ottonis plures recenſet. Pagum *Sud Thüringen* memorat Diploma Ludouici apud SAGITTARIVM *Lib. III. cap. X. in Ant. Duc. Thur.* Omnes vero hi Pagi per Comites nomine Regum regebantur, vt & Thuringiæ pagi. LEHMANN *Lib. II. cap. XVII.* Officium Comitum conſtabat in iure dicundo, *Illuſtris Dominus* PRÆSES *in Synt. Iur. Publ. cap. XX. §. III.* Hi Comites vero in Ciuitatibus quoque maioribus ius dicebant. *Illuſtris Dominus* PRÆSES *in Synt. Iur. publ. c. l. §. II.* GREGORIVS TVRONENSIS *Lib. VI. cap. 41.* variisque locis SAGITTARIVS *in Ant. Duc. Thur. Lib. IV. cap. IV.* Vnus quoque Comes, pluribus quandoque Comitatibus præerat, etſi forte vnus Comitatus tam amplus eſſet, vt vnus Comes illi præeſſe non poſſet, diuidebatur in plures, diuiſi hinc erant Comites in fortiores, mediocres & minores. *Illuſtris Dominus* PRÆSES *c. l.* SAGITTARIVS *c. l.* Comites hi ſub ſe habebant alios inferiores Indices vt *den Zent-Graffen*, de quo ſupra *Sect. I. §. VII.* Hi Comites vero Ducum ſub poteſtate erant,

 qui-

quibusdam tamen exceptis, qui Ducem ſupra ſe non habebant. Oriebantur autem Ducatus ex pluribus Comitatibus, quibus Reges abſentes Duces præficiebant. Hi Duces regimini ciuili & bellico præerant, concurrebant quoque in Adminiſtratione iuſtitiæ, ſi nempe cauſa erat maioris momenti. LEHMANN *l. c.* Cum vero omne Francorum imperium in Ducatus diuidebatur, Ducatus in Comitatus. Hinc de Thuringia Francis tunc ſubiecta, eo minus eſt dubitandum.

(b) FREDEGARIVS *cap. 77.* (c) FREDEGARIVS *c. l.*

(d) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad annum 652.*

(e) LEHMANN *Chronico Spirenſi Lib. III. cap. XVI.* SAGITTARIVS *Lib. I. cap. XIII.*

(f) PFEFFINGER *Lib. I. Tit. XVI. putat: Dagobertum partem ſolum Auſtraſiæ poſſediſſe.*

(g) HERMANNVS CONTRACTVS *p. 126.* SAGITTARIVS *c. l. cap. XV.* PFEFFINGER *c. l.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann. 691.*

(h) LEHMANN *Lib. III. cap. XIX.* SAGITTARIVS *l. c.* SIGEBERTVS *ad ann. 714.*

(i) MARIANVS SCOTVS *Lib. XX. ætate 6. p. m. 433.* SIGEBERTVS, *ad a. 718.*

(k) SAGITTARIVS *cap. XVII.*

(l) Ethnici tunc temporis non erant Thuringi, ſed iam Chriſtiani, & quidam ſolummodo a recta via aberrauerant, & a Chriſto defecerant, qui poſtea vero cum his, qui religionem chriſtianam nondum imbiberant, a Bonifacio ſeu Wunfrido, cuius aduentus in hæc tempora incidit, fuerunt conuerſi. SAGITTARIVS *in cit. epiſt. p. 34. & in Ant. Chriſti. Thur. Lib. 3. cap. V.* ALBINVS *p. 374.*

(m) SAGITTARIVS *in Ant. Ducatus Thur. Lib. I. cap. XVII.*

(n) OTTO FRISINGENSIS *Lib. V. Chron.* LEHMANN *Lib. III. cap. XXII.* SAGITTARIVS *c. l. cap. XIX*

(o) HER-

(o) HERMANNVS CONTRACTVS *p. 127.* REGINO *Lib. II.* MARIANVS SCOTVS *Lib. III. at. VI. ad an. 747.* FREDEGARIVS *p. 684.* SIGEBERTVS *ad an. 746.*

(p) REGINO *Lib. II. aliique.* MARIANVS SCOTVS *Lib. III. ætate VI. ad ann. 745.* SIGEBERTVS *ad an. 747.*

(q) FREDEGARIVS *in Chron. cont. part. III. p. 686.* SIFFRIDVS *Lib. I. an. 750.* MARIANVS SCOTVS *Lib. III. at. VI.*

(r) hanc epiſtolam habet SAGITTARIVS *l. c. Lib. IV. & in Ant. Chriſt. Thur. Lib. II. cap. IV.* PFEFFINGER *l. c.*

## §. XIIII.

Sub Carolo a rebus geſtis M. dicto Thuringi rebellarunt. (*a*) Qui in ordinem redacti, manſerunt fideles. In bello contra Thaſſilonem Bauariæ Ducem Carolo quoque fuerunt in auxiliis, (*b*) vt & in bello contra Hunnos atque Saxones, quibus victis, Thuringia Saxonica quoque Francorum peruenit in poteſtatem. Sub Ludouico Pio Caroli 814. demortui ſucceſſore variæ mutationes cum Thuringia ratione diuiſionum factæ ſunt. In prima enim diuiſione an. 813. filius Lotharius natu maximus Thuringiam accipiebat. (*c*) Deinde nato Ludouico ex altera coniuge filio Carolo, nouam tentauit diuiſionem, ex qua ortæ multæ contentiones patrem inter ac filios. (*d*) His vero compoſitis de nouo prouincias diuiſit. In qua diuiſione Ludouico medio ex filiis, Thuringia cum terris a Carolo M. occupatis fuerunt aſſignatæ. (*e*) Ludouicus vero ægre ferens, Carolum optimam partem accepiſſe, hinc ea quæ trans Rhenum erant, ſibi vindicare volebat. Pater vero illum omnibus terris (*f*) excepta ſola Baioaria priuabat, ac inter alias Lothario Thuringiam dabat.



Digitized by Google

bat. (*g*) Ludouicus vero cum Magnatibus quibusdam Auſtraliæ conſpirans, a patre fuit coactus, ſe fore contentum. Patre vero reuerſo adſumtis Thuringis aliisque Alemanniam inuaſit. Pater vero eum cum exercitu (*h*) perſequutus eſt, Ludouicus vero aufugit, & ad propria rediit. Poſt mortem Ludouici Pii, Lotharius omnibus terris paternis potiri cupiebat, Bauaria ſaltim Ludouico, Aquitania vero Carolo Caluo relicta. Ludouicus vero Lothario contra Carolum proficiſcente, Thuringos aliosque fidelitatis lege ſibi deuinxit, & cum a fratre Carolo in auxilium fuiſſet vocatus an. 842. ad Fontanidum prœlium eſt commiſſum cruentum. (*i*) Poſt hæc nouam Lotharius diuiſionem inire fuit coactus, in qua Ludouicus accipiebat omnem Germaniam, cum nonnullis Ciuitatibus, adiacentibusque pagis trans Rhenum, (*k*) Ludouicus igitur Germanicus dictus Rex Germaniæ factus eſt, ac Thuringiæ Dominus.

(*a*) hoc probat Dn. PFEFFINGER *ad Vitriarium Lib. I. Tit. XVI. ex Auctoribus Francicis.*

(*b*) REGINO PRVMIENSIS *ad annum 787.*

(*c*) *Illuſtris* Dn. PRÆSES *cit. l. Diſſ. VIII. §. VIII.* & SAGITTARIVS *Lib. II. Cap. VI §. V.*

(*d*) *Illuſtris Dn.* PRÆSES *c. l.* SAGITTARIVS *in Ant. Ducatus Thur. Lib. 2. cap. 8.*

(*e*) *Cit. Auctores & Illuſtris Dn.* PRÆSES *l. c.*

(*f*) *Annales* BERTINIANI *hoc pluribus probant.*

(*g*) SAGITTARIVS *l. c.*

(*h*) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annum 849. p. 154. Illuſtris Dn.* PRÆSES *cit. l.* SAGITTARIVS *c. l.*

(*i*) SIGBERTVS GEMBLACENCIS *ad annum 842.* SIFFRIDVS

Digitized by Google

DVS PRESBYTER *Lib. I.* MARIANVS SCOTVS *Lib. III. ætate 6. ad annum 841.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annum 841.* REGINO PRVMIENSIS *ad annum 841.*

(*k*) GOBELINVS PERSONA *in Coſmodromio ætate 6. cap. 42.* REGINO *ad annum 842.* HERMANNVS CONTRACTVS *ad annum 842.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annum 842.* SIGEBERTVS *ad annum 844.* SIFFRIDVS *Lib. I. Ill. Dn.* PRÆSES *Diſſ. VIII. §. XX. nota 3. Synt. hiſt. Germ.* LEHMANN *Lib. III. cap. XL.* SAGITTARIVS *in Antiquitatibus Ducatus Thuringiæ Lib. III. cap. 1.*

## §. IX.

Ludouici Germanici temporibus Thuringorum Dux memoratur Tachulfus (*a*) qui in bello contra Boëmannos vulneratus fuit. (*b*) Dein Ludouicus Erfurthi Comitia prouincialia celebrauit. Contra Sorabos anno 858. Tachulphum miſit. (*d*) Anno 866. filius Ludouicus contra patrem rebellare ſtudens, Thuringos, Saxonesque ad ſe trahere volebat, (*e*) ſed hæc conſpiratio breui tempore fuit extincta. (*f*) Anno 872. Ludouicus Thuringos contra Slauos Marahenſes miſit. (*g*) Anno ſequenti mortuus eſt Tachulphus. (*h*) Quem in Ducatu excepit Ratolfus, (*i*) qui Sorabos ac vicinos rebellantes ſub priſtinum obſequium redegit. Mortuo Ludouico Germanico ipſius frater Carolus Caluus omnibus prouinciis potiri cupiebat, verum hunc Ludouicus iunior Germanici filius, ope Thuringorum fugauit. (*k*) Hoc peracto, Ludouicus iunior cum fratribus ſuis Carolomanno ac Carolo Saalfeldiæ patrias diuiſit regiones, in qua diuiſione Thuringia ad Ludoui-

cum

Digitized by Google

cum peruenit. (*l*) Sub hoc Thuringorum Dux memoratur Poppo, qui Slauos, Sorabos &c. Thuringiam vaſtantes ad internecionem vſque proſtrauit. (*m*) Sub Carolo Craſſo, qui fratri Ludouico 882. ſucceſſit bellum ciuile ortum fuit inter Saxones atque Thuringos, cuius cauſa fuit Poppo Dux, illiusue frater Henricus & Comes Egino. Poppo vero in conflictu cum ſuis Thuringis ſuperatus eſt, quod & ſequente anno recrudeſcendibus diſcordiis factum. (*n*) Poſt Caroli Craſſi mortem Thuringi in electione Arnulphi in Imperatorem concurrerunt, (*o*) qua peracta, Thuringi Arnulpho iuramentum fidelitatis præſtiterunt. (*p*) Quanta tunc temporis Thuringorum Ducis Popponis fuerit auctoritas, ex eo patet, quod Moguntiæ Archiepiſcopus Sunto, eo potiſſimum annitente, Archiepiſcopatum obtinuerit. (*q*) Poſtea vero dignitate ducali priuatus, Ducatus Cunrado obuenit, (*r*) qui tamen paulo poſt ſponte abdicauit, in eius locum vero ſucceſſit Burckhardus, (*s*) ab Arnulpho Imperatore conſtitutus. Sub Ludouico infante prædictus Burckhardus officium Ducis adhuc geſſit, & huius Anteceſſor in dignitate Ducali Conradus, qui Frizlariæ ſedem fixerat, ab Adelberto Comite fuit occiſus. (*t*) Poſtea Hunni Germaniam inuadentes Thuringiam vaſtarunt, & Ducem Burckhardum reſiſtentem interfecerunt. (*u*)

(*a*) *Annales Fuldenſes ad annum 849. eum ſolum vocant Ducem limitis Sorabici*, ſed probat SAGITTARIVS *in antiquitatibus Duc. Thur. Lib. III. cap. IV.* eum Thuringiæ Ducem quoque fuiſſe. Nam ratione limitis Sorabici Marchio ſolum erat, non Dux.

(*b*) SI-

(*b*) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad annum 850. Annales Fuldenſes l. c.*

(*c*) *Annales Fuldenſes ad annum 852.*

(*d*) *Annales Fuldenſes ad annum 858.*

(*e*) *Annales cit. ad annum 861. Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. hiſt. Germ. Diſſ. X. §. VI.*

(*f*) *Annales Fuldenſes ad annum 866. Illuſt. Dn.* PRÆSES *cit. l.* SAGITTARIVS *in Antiq. Duc. Thur. Lib. III. cap. IX.*

(*g*) *Annales Fuld. ad hunc annum.*

(*h*) *Annales Fuldenſes ad eundem annum.*

(*i*) GOBELINVS PERSONA *in Coſmodromio ætate VI.*

(*k*) REGINO *Lib. II. ad annum 876. Annal. Fuld. ad annum 876. Ill. Dn.* PRÆSES *in Synt. hiſt. Germ. Diſſ. IX. §. VI. & X. §. XII.* SAGITTARIVS *in Antiqu. Duc. Thur. Lib. III. cap. X.*

(*l*) MARIANVS SCOTVS *Lib. III. ætate VI. ad annum 875.* REGINO PRVMIENSIS *Lib. II. p. 57. Annal. Fuld ad annum 876. Illuſt. Dn.* PRÆSES *Diſſ. X. §. 12.* SAGITT. *in Antiqu. Duc. Thur. Lib. III.*

(*m*) *Annal. Fuld. ad annum 880.* SAGITTARIVS *cit. l. & in epiſtola de antiquo Thuringiæ Statu pag. 41.*

(*n*) *Annal. Fuld. ad annum 882. & 883.*

(*o*) *Annal. Fuld. ad annum 887.*

(*p*) *Annal. Fuld. ad annum. 888.* SAGITT. *in Antiqu. Duc. Thur. Lib. I Tit. XVI.*

(*q*) *optime hoc probat* REGINO *Lib. II. p. 66.*

(*r*) REGINO *cit. l.* Quis vero fuerit hic Cunradus patet ex Meibomio in notis ad WITTICHINDI annales Tomo I. rerum Germ. pag. 674. & 675. Erat nempe Comes Franciæ orientalis, & pater Conradi I. Germ. Regis latius *Ill. Dn.* PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. III. & X. & hiſt. Germ. Diſſ. XI. §. 1.* PFEFFINGER *ad Vitriarium Lib. I. Tit. XVI.* SAGITT. *Lib. III. Cap. XIII.*

(*s*) REGINO *l. c.*

(t) Duæ tunc temporis erant familiæ efflorescentes, vna Comitum Bambergenſium, altera Comitum Franciæ orientalis, qui ſibi erant infeſtiſſimæ. Prædictus vero Adelbertus occiſor Conradi erat ex familia Bambergica, Conradus vero Comes Fcanciæ orientalis, quondam Thuringiæ Dux & pater Conradi I. Germ. Regis. MEIBOMIVS ad WITTICHINDI *Annal. Tom. I. rerum Germ. pag. 673. Ill. Dn.* PRÆSES *in Syn. Iur. Publ. Cap. III. §. 9.*

(u) *Annales Hildesbemenſes ad annum 909. apud* LEIBNIZIVM *Tom. I. rer. Brunſuicenſium p. 717.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annum 909.*

## §. X.

Sub Conrado & Henrico Aucupe, ſterilis eſt, ob ſilentium Scriptorum, Thuringiæ hiſtoria. Licet vero ſimile videatur, varios poſt vltimi Thuringorum Ducis Burckardi mortem Thuringis præfuiſſe Comites, quos Henricus eiecit, & vi armorum ſuam ſub poteſtatem redegit. (a) Poſtea quoque Henricus noſter Thuringiæ Ducatum, quem antea armorum iure ſolummodo poſſidebat, hæreditario iure accepit. Germaniæ enim Duces, Conradi primi poteſtati ſe ſubducentes, iure hæreditario ac libera poteſtate in ſua prouincia regnare cœperunt, ſub lege tamen fidelitatis. (b) Primus igitur Henricus Auceps, libera poteſtate apud Saxones Thuringosue regnauit. (c) Conradus hic moriens, Henricum noſtrum Germaniæ Principibus in Regem commendabat. (d) qui etiam conſenſu Francorum, Thuringorum &c. in Regem fuit electus, (e) durante Henrici regimine, aliquoties Hunnos Germaniam Thuringiamque inuadentes, Saxones cum Thuringis vniti, ad in-

ter-

ternecionem vſque profligarunt. (*f*) Henrico ſucceſſit filius Otto M. vt in Germaniæ regno, ita & in Thuringia. Hic filio ſuo naturali Wilhelmo omnem Thuringiam cum pleno iure & dominio donaſſe dicitur. (*g*) verum omnis fides ad Autorem de Landgrauiis recurrit, quanta autem huic fides ſit habenda in hac re, & quod prorſus falſa ſit illa donatio variis argumentis demonſtrauit Sagittarius aliique. (*h*) Regimen vero ſub Ottonis ſucceſſoribus, vſque ad inſtitutum Landgrauiatum varium fuit, dum enim hæreditario iure Thuringiam poſſidebant Germaniæ Reges, partim per Duces, partim per Marchiones, & partim per Comites eandem rexerunt. (*i*) Marchiones varios inuenimus, qui Thuringiæ præfuerunt, eamque contra vicinos defenderunt, atque in territorio ipſis aſſignato ius dixerunt, & ſicuti in Germania pleroſque inſtituit Henricus Auceps, (*k*) ita licet iam antea noti fuerint, nomen tamen Henrici & Ottonis temporibus primum cœpit audiri. (*l*) Huius limites deſcribit REINHARDVS, (*m*) Margrauiorum poteſtas vero erat ſolum vicaria, dependebant enim ab Imperatoribus Saxonicis quidem mediate, (erant enim ipſi Thuringiæ Duces) Francicis vero immediate.

(*a*) SAGITTARIVS *in epiſtola de antiquo Thuringiæ ſtatu p. 47.* conie&turatur, Patrem Henrici Aucupis, Ottonem Saxoniæ Ducem, iam vel conniuente vel volente Conrado Thuringiæ Ducatum accepiſſe, & ad Henricum noſtrum deuoluiſſe. Verum nulum apud Scripteres coæuos hac de re extat teſtimonium, & nunquam apud Scriptores Otto Dux Thuringorum appellatur, vt recte probat PFEFFINGER *ad Vitriarium Lib. I. cap. XVI.* Et licet



ex

ex WITTICHINDI *annalibus Lib. I. apud* MEIBOMIVM *p. 635. locum alleget, Conradum veritum eſſe, omnem Henrico tradere poteſtatem Patris*, tamen vt mihi videtur hoc non de Thuringia intelligendum eſt, ſed de Saxoniæ Ducatu & autoritate, qua Pater erat gauiſus. Hinc mihi coniecturari licebit, Henricum tunc demum Thuringiæ Ducem fuiſſe vocatum, cum Thuringiam Francicam occupaſſet: & Comites eieciſſet, quod factum videtur eo tempore quo Germaniæ Duces contra Conradum rebellarunt, eumque eo adegerunt, vt illi prouincias ſuas proprio ac hæreditario iure regere poſſent. Nullum quoque teſtimonium inuenimus, quo Henricus Thuringorum Dux vocaretur, niſi poſt dictam rebellionem, vt apud SIGEBERTVM GEMBLACENS. *ad annum 914.* Ita eum Rex Conradus moriens demum appellauit. LVITPRANDVS *Lib. II. Cap. VII.* CHRONICON OLDENBVRGENSIVM ARCHI-COMITVM *cap. III. apud* MEIBOMIVM *Tomo II. rerum Germanicarum p. 130.* LEHMANN *in Chron. Spirenſi Lib. V. Cap. III.* Hinc probabile mihi videtur hoc tempore rebellionis factum, cum Ducatum vi armorum adeptus eſt, verum titulo demum poſt rebellionem fuiſſe honoratum. REINHARD *in antiquitat. Marchionatus Thuring. §. 12.* imo ipſe SAGITTARIVS noſtram opinionem, quod Henricus vi armorum Thuringiam occupauerit probat *cit. l. p. 46.*

(*b*) *Illuſtris Dominus* PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. XIX. §. 8. & hiſt. germ. diſſ. II. §. VI. & VIII.*

(*c*) *vid. ſupra Sectionem primam §. 6. inprimis notam (c), ibique citatos Autores.* REINHARD *in Ant. Marchion. Thur. §. 6.*

(*d*) LVITPRANDVS *lib. II. cap. VII.*

(*e*) SAGITTARIVS *de antiquo Thur. Statu p. 48. &* REINHARD *in Ant. Marchionatus Thuring. §. VII.*

(*f*) WITTICHINDVS *in Annal. lib. I. apud* MEIBOMIVM

*Illu-*

*Illuſtris Dominus* PRÆSES *in Synt. hiſt. germ. diſſ. II.* §. 23.

(*g*) *Autor* ANONYMVS *de Thur. Landgrauiis cap. X.* & PAVLVS LANGIVS *in Chron. Citicenſi apud* PISTORIVM *p.* 766.

(*h*) SAGITTARIVS *in epiſt. cit. p.* 47, 48 *&c.* vbi *pag.* 49. imprimis ad ſilentium ſcriptoris coæui Wittichindi, & paulo poſt viuentis Ditmari prouocat, & in totum hanc deriuationem refellit, vt & *Autor defenſionis Sax. in cauſa Effurtenſi per Illuſtris Dominus de* SECKENDORFF *& Dominus* PFEFFINGERVS *ad Vitriarium lib. I. tit. XVI.*

(*i*) SAGITTARIVS *in epiſt. cit. p.* 51.

(*k*) recenſet *Illuſtris Dominus* PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. XX.* §. *XXIX.*

(*l*) quod iam antea noti fuerint Marchiones probat *Illuſtris Dominus* PRÆSES *cit. l.* & REINHARD *in Ant. Marcb. Thur.* §. *IX.* ex eo quoque liquet, quod iam noti fuerint, cum Marggrauius nihil aliud eſt quam Comes limitaneus *ein Grantz-Graff*, a *Marck* vel *Marcke*, nihil aliud quam *Grentze*, vnde *Marck-Graffen*, *Grantz-Graffen*, ſiue *Grantz-Richter*, hinc ſupra recenſiti Thuringorum Duces, Comites limitis Sorabici vocantur, i. e. erga Sorabos. Erant vero Marggrauii, quibus fines regionum cuſtodire incumbebat, & qui in certis locis vel territoriis iudicia exercebant.

(*m*) *in Antiqu. Marcb. Thur.* §. *X.*

§. XI.

Marchionum Thuringorum multi quidem recenſentur, (*a*) breuitatis cauſa vero præcipuos ſaltim pertractabimus. Primus notatu dignus eſt Eccardus I. Guntheri filius, (*b*) qui Imperatoribus Ottoni II. & III. fortiter militauit, (*c*) hinc Marchia Miſnenſis ipſi fuit collata. (*d*) Vt & Thuringica, (*e*) vel vt alii iuxta Dit-



Digitized by Google

marum, (*f*) volunt Ducatus Thuringiæ. Verum ipſius ambitio cum regnum adipiſci conaretur, inuidiam aliorum ipſi adſerebat hinc Poledæ a Sigfrido Northeimenſis Comitis filio fuit interfectus, (*g*) ac Ienæ primum dein Numburgi ſepultus, (*h*) varii illi ſucceſſores a ſcriptoribus tribuuntur, (*i*) qui vero incerti. Inter omnes Thuringiæ Magnates præualuit Wilhelmus Vinarienſium Comes, qui a DITMARO (*k*) Thuringorum potentiſſimus vocatur. Sub Conrado Salico illiusque filio Henrico tertio Thuringiæ Comes erat conſtitutus,& ſingulari gauiſus eſt autoritate Ludouicus barbatus,(*m*)ſub Henrico IV. Thuringiæ Marchio memoratur Otto ſiue Vdo I.(*n*) Quanta potentia hic Marchio fuerit gauiſus, ex eo patet, quod in eius Manu fuerit, Thuringos ad concedendas Pontifici Moguntino decimas adigere. Hinc morte eius Thuringi plurimum fuerunt gauiſi. (*o*) Varii adhuc memorantur. (*p*) Inter quos Ecbertus I. quem Henricus IV. Marchionem conſtituit. (*q*) Hunc altero anno excepit Ecbertus II. filius (*r*) ab Henrico IV. viuo adhuc Patre Marchia donatus. Sub hoc ortum eſt bellum ob decimas Moguntino Præſuli ab Henrico IV. vt & Ottone Marchione promiſſas a Thuringis præſtandas. Thuringi vero decimas ſoluere renuentes breui fugati ſunt & omnis Thuringia occupata, ac decimas Moguntino ſoluere iuſſa. Bellum hoc tandem decimarum remiſſione ac caſtellorum deſtructione fuit compoſitum. (*s*) Demum Egbertus Marchio in molendino *Eiſenbüttel* fuit interfectus, (*t*) cum eodem Thuringiæ Marchiones deſierunt. His temporibus in Thuringia viuebat ſupra laudati Ludouici barbati filius Ludoui-

doui-

douicus dictus Saltator, magnæ hic fuit autoritatis, (*u*) mortuus 1122. & ſepultus in monaſterio Reinhartsbronn a ſe condito.

(*a*) catalogum exhibet nobis ALBINVS *in ſeiner Meiſniſchen Chonick p. 410.* REINHARD *in Ant. March. Thur.* SAGITTARIVS *in ſæpius citat. epiſtol.* & PFEFFINGER *ad Vitriarium lib. I. Tit. XVI.*

(*b*) SAGITTARIVS *in cit. epiſt. p. 52.* & *exercitatione de Eccardo I. Miſniæ Marchione Sect. III.* PFEFFINGER *cit. l.* DITMARVS *apud* LEIBNIZIVM *p. 356.* ALBINVS *c. l. p. 410.* REINHARD *c. l. §. 12.*

(*c*) SAGITTARIVS *in cit. exercit. ſect. IV.* & *V. ex Ditmari lib. 4.*

(*d*) Mortuo enim Rigardo Miſniæ Marchione, ſucceſſit Eccardus noſter, excluſo Ridagi filio, DITMARVS *lib. IV.* SAGITTARIVS *cit. loc. ſect. VIII.*

(*e*) Hoc probat ADELBOLDVS, *Epiſcopus Traiectenſis, in vita Henrici S. Imperatoris apud* LEIBNIZIVM *rer. Brunſ. tomo I. p. 432. no. 5.*

(*f*) *Lib. V. apud* LEIBNIZIVM *p. 366.* qui dicit? *ſuper omnem Thuringiam communi totius populi electione Ducatum promeruit.* Sed variæ ſunt de hoc Ducatu opiniones, nam Sagittarius hanc ducalem dignitatem fuiſſe tantum militarem, licet in epiſt. iamiam citata aſſerit hanc dignitatem cum ciuili quoque poteſtate fuiſſe coniunctam, & quidem communi totius populi electione. Gewoldus *in commentario de Septemuiratu cap. 7. §. 17.* putat Eccardum non fuiſſe electum, ſed Ditmarum improprie loqui, vt eligi nihil aliud eſſet, quam iure hæreditariæ ſucceſſionis recipi. Verum hoc falſum eſſe ex eo patet, quia iuſtus Thuringorum Dux hæreditarius, tunc temporis ipſe Imperator Otto fuit; Hinc vt mihi videtur, ſub Ditmari Ducatu nihil aliud latitat quam Thuringiæ Marchio-

chionatus ad quem eucctus fuit noſter Eccardus per Imperatorem Ottonem III. & Imperatore in Italia commorante acceſſit populi electio. Populus enim vel qui totum populum repræſentant Proceres prouinciales hunc Eccardum tanquam Ducem i. e. inter ipſos præcipuum abſente iuſto Duce Imperatore inter ſe conſtituerunt, vt tam diu iuſtus Dux abſens eſſet, hic officio illius fungeretur, hoc ex eo quoque patet, quod non fuerit Thuringorum Dux, quia apud nullum ſcriptorem ita appellatus reperitur, in omnibus vero diplomatibus, quæ allegat PFEFFINGER *ad Vitriarium Lib. I. Tit. XVI. p. 219.* ſolummodo Marchio, non Dux Thuringorum vocatur. REINHARD *in Ant. Marchionatus Thur.* §. 13. ALBINVS *Chron. Miſnenſi Tit. X. p. 117. Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. III.* §. *XX.*

(g) ADELBOLDVS *in vita Henrici, S. Imperatoris apud* LEIBNIZIVM *p. 432.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annum 1002,* DITMARVS *Lib. V. p. 366.* GOBELINVS PERSONA *in Coſmodromio ætate VI. cap. 52, Illuſtris Dominus* PRÆSES *in Synt. hiſt. Germ. diſſ. XIII.* §. *XIIX.* SAGITTARIVS *in epiſt. cit. p. 53. & exercit. de Eccardo I.* PFEFFINGER *c. l.* REINHARD *c. l.*

(h) SAGITTARIVS *in cit. exercit.*

(i) vid. REINHARD *in Ant. Thur. March.* §. *XV.* ALBINVS *Chron. Miſnenſi p. 410.*

(k) *Lib. V. p. 368.*

(l) SIFFRIDVS PRESBYTER *ad annum 1140.*

(m) Hoc ſane certum, quod ſingularem autoritatem habuit in Thuringia, verum nec Comitis prouincialis titulo eum honoratum nec ſummam rerum adminiſtrationem habuiſſe, inter alios probat REINHARD *in Ant. March. Thur.* §. *XVI.*

(n) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annum 1057.*

(o) SA-

Digitized by Google

(*o*) SAGITTARIVS *in epiſt. cit. p. 56.* LAMBERTVS *ad annum 1067.* BINHARD *in chron. ad annum 1067.*
(*p*) Dn. PFEFFINGER *c. l.* REINHARD *c. l.*
(*q*) LAMBERTVS *c. l.* REINHARD *c. l.*
(*r*) LAMBERTVS *ad annum 1068.* & BINHARD *ad hunc annum.*
(*s*) Bellum hoc deſcribunt LAMBERTVS ad annum *1069.* apud PISTORIVM *p. 457. & 458. Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. hiſt. Germ. diſſ. XV. §. XI. &c.* REINHARD *c. l. §. XXII.* PFEFFINGER *lib. I. Tit. XVI.* REINHARD *ad annum 1069.*
(*t*) LAMBERTVS *c. l.* REINHARD. *c. l.* ALBINVS *Chron. Miſnenſ. p. 41.*
(*u*) DODECHINVS ad MARIANVM SCOTVM *an. 1090.* apud PISTORIVM *p. 458.*

## §. XII.

Extincto cum Ecberto vltimo Marchione Thur. Marchionat. Thuringia per varios Comites fuit gubernata (*a*) vſque dum Lothariius Imperator Ludouicum Thuringiæ Comitem, Principem & Landgrauium Thuringiæ conſtituens, Thuringiæ principatum reſtitueret (*b*) ac nouo Principi Thuringiæ Comites ſubiiceret, (*c*) idque factum circa annum 1130. ex quo primum Thuringiæ Landſaſſiatus petendum eſt argumentum. (*d*) Illique ſucceſſit filius primogenitus, Ludouicus ferreus, Conrado III. imperante. Filius Ludouicus pius bellum geſſit cum Henrico Leone, Saxoniæ Duce verum infelix, captus enim ab Henrico, cum fratre Hermanno ac multis nobilibus, altero demum anno liberatus, (*e*) varia diſſidia quoque cum Conrado Moguntino habuit (*f*). Tandem anno 1190. obiit Friederici Barba-

roſſæ Imperatoris tam expeditionis religioſæ, quam mortis Comes. (*f*) Hunc excepit frater Hermannus Comes Palatinus Saxoniæ, qui poſtquam anno 1197. cum aliis quibusdam Principibus in palæſtinam contra Saracenos demigraſſet, feliciter eſt regreſſus (*g*). In diſſidioſa electione Philippi cum vna pars Principum Philippum Sueuum, altera Ottonem Saxonem eligeret. Hermannus Landgrauius mox ab Ottonis, mox a Philippi partibus ſtabat, & primo quidem adhæſit Philippo, (*h*) deinde cum Ottocaro vel Premislao Rege Bohemiæ confœderatus inſurgunt contra Philippum, & accepit Hermannus ab Ottone villas regias, Northuſen, Molhuſen & Salevelt, & hi multa contra Philippum machinari cœperunt. Hoc ipſo Philippus commotus Thuringiam inuaſit, illamque multis rebus ſpoliauit. Sed Henrico Palatino & Rege Boemiæ in auxilium Hermanno venientibus, Erffurtum ſe conferre coactus fuit, vbi a Landgrauio obſeſſus, vix euaſit. Anno 1204. de nouo inuadebat Philippus Thuringiam, & vrbem Weiſenſee obſidebat, ac Landgrauium eo adigebat, vt ipſi ſupplex fieret & gratiam peteret. Cum (*i*) comite Orlamundano varia quoque diſſidia habuit, vſque dum illum captiuum duceret an. 1214. & paulo poſt ad conditiones præſcriptas dimitteret. (*k*) Succeſſorem habuit filium natu maximum, Ludouicum Sanctum. Hic cum Orlamundanis ac Hennebergicis Comitibus varia diſſidia habuit. An. 1227. expeditione in terram ſanctam decreta, Ludouicus noſter cum multis aliis Principibus eo proficiſcens, Hydrunti in Apulia mortuus eſt, illiusue corpus Reinhartsbrunnam tranſuectum, ibidemque ſepul-

pultum eſt. (*m*) Eum excepit frater ipſius Henricus Raſpo, huius ſtirpis vltimus. Reliquerat quidem Ludouicus filium Hermannum, qui ſuccedere debuiſſet, veneno vero fuit peremtus. (*n*) Huic cum Henrico Comite Glichenſi varia fuerunt diſſidia. Anno 1245. Imperator electus eſt Henricus Raſpo, in turbulento tunc Germaniæ Statu contra Friedericum II. an. 1246. comitia Francofurti celebranda indicebat, quæ vt impediret Fridericus, miſit contra Henricum, filium ſuum Conradum, verum hic prœlio commiſſo deuictus aufugit in Bauariam. Henricus dum Vlmam an. 1246. tentaret ob magnum frigus, & defectum populi in Thuringiam recedere fuit coactus. (*p*) Vbi 1247. ſine heredibus mortuus eſt. Hoc extincto, graue bellum ortum eſt, ob ſucceſſionem inter Henricum illuſtrem Misniæ Marchionem Henrici Raſponis ex ſorore Iuditha nepotem, & Sophiam Brabantinam Henrici Raſponis ex fratre neptem, quæ pro filio Henrico ſucceſſionem petebat. (*q*) Durantibus hiſce diſſidiis Sophia Brabantina Haſſiam poſſidebat, Henricus illuſtris vero Thuringiam, vſque dum bellum renouaretur, Alberto Brunſuicenſium Duce contra Henricum inſurgente. Tandem per pactum bellum finitum eſt, ita vt ipſe Thuringiam cum Comitia Palatii Saxoniæ retineret, Sophiæ, Haſſiam relinquens, Albertum Brunſuicenſem, quem captiuum duxerat vero coëgit, pro liberatione ſua octo munitiones tradere, quas Henricus Illuſtris ſponte Henrico Brabantino ceſſit. Et ſic Thuringia noſtra ad hodiernum vſque diem ſub ſerentsſima ac potentisſima Domo Miſnenſi manſit. (*r*)

(a) REINHARD quidem *in Ant. March. Thur.* §. 23. 24. & *ſeqq.* probare contendit Hermannum Comitem de Winzenburg primum fuiſſe Landgrauium hinc variis vtitur argumentis: & potiſſimum quod Hermannus apud Scriptores Comes patriæ nominaretur, eo modo quo Ludouicus, cum tamen ipſe Reinhardus fateri neceſſum habet eum nunquam nominatum fuiſſe a Scriptoribus Thuringiæ Landgrauium, ſed ſaltim comitem Patriæ vel Comitem prouincialem. Porro putat quia habuiſſet poſſeſſiones Thuringiæ vicinas concludendum eſſe ex eo eum ſine dubio fuiſſe in Thuringia. Sed ex his argumentis non ſequitur Thuringiam eodem modo Hermanno ſubiectam fuiſſe ut Ludouico, primo Thuringiæ Principi ac Landgrauio, præpotentes enim tunc in Thuringia memorantur Thuringiæ Comites, Ludouicus Saltator, &c. de hoc enim nil extat quod Hermaño fuerit ſubjectus, ut alii Thuringiæ Comites Ludouico poſtea a Lothario ſubiecti erant. Ex eo quoque non ſequitur Ludouicum æque dici in diplomatibus quibusdam, quas habet ABBAS REINEHVSENSIS apud LEIBNIT. *p.* 705. ut & Hermannum, patriæ comitem, ergo eos æquali iure ac dignitate Thuringiæ Landgrauios fuiſſe. &c. Hinc diſtinguendum eſſe puto inter Landgrauiatum Hermanni ac Ludouici. Alia enim ratio fuit Landgrauiatus Hermanni. Notum eſt Imperatores per varios Comites Prouincias rexiſſe, utpote Marchiones *Grentz-Richter*, Landgrauios *Land-Richter*, qui Iudicio Prouinciali *den Landgericht*, præerant, ac iurisdictionem in certa prouincia exercebant. Talis modi Landgrauium Hermannum quoque fuiſſe, mihi videtur. Sed non primum (nam ut mihi licebit coniecturari) iam ante Hermannum tales comites patriæ vel Landgrauii *Kayſerliche Land-Richter* in Thuringia fuerunt. Qui a Comite in eo tantum differebant, quod hic in certis tantum pagis ille vero in tota prouincia iurisdictionem exerceret, & *Kayſerlicher Land-Richter* diceretur. Et hanc theſin probat quoque, quod dignitate Ducali vel Principali nunquam gauiſus ſit Hermannus,

Digitized by Google

nus, ſed nuda Comitis, quodue Thuringiam non hereditario ac perpetuo iure poſſederit. Ergo quia Ludouicus primus Principali dignitate hereditario ac pleno iure cum Thuringia ab Imperatore fuerit inueſtitus, cum Hermannus aliique tantum ut iudices ab Imperatore dependerent, recte concluditur, Ludouicum noſtrum primum Thuringiæ fuiſſe Landgrauium.

(b) DODECHINVS ad MARIANVM SCOTVM anno 1130. *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Syntagm Jur. Publ. c. 3. §. 7. & 20. & Hiſt Germ. Diſ. XVI. §. 29.* SAGITTARIVS *in citata epiſt. p. 59. ſeq.* PFEFFINGER. *c. l.* SPANGENBERG *in Adel Spiegel p. 308.*

(c) a diuerſis ſcriptoribus nominatim Comites Ludouico ſubiecti ponuntur, ut in *Chronico* CARIONIS *Lib. IV. pag. 441.* duodecim illorum ponuntur, vt & a BINHARDO *p. 124.* duodecim quoque memorantur, ſed errant hic BINHARDVS & alii, putantes: Quemque Ducatum ſub ſe comprehendiſſe duodecim Comitatus, cum contrarium ſatis patet, & in ſpecie de Thuringia in Principatum per Lotharium reſtituta. TENZEL. *Suppl. Hiſt. Goth p. 449. Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Syntagm. Jur. Publ. c. XIX. §. 5.*

(d) *Hiſtoria Landgrauiorum c. XX. p. 917.* BINHARD. *ad annum 1167.* PFEFFINGER *l. c. p. 232.* PAVLLINI *in annalibus Iſenac. §. 28. p. 21.*

(e) GOBELINVS PERSONA *in Coſmodromio ætate VI. c. 6. apud* MEIBOMIVM *Tom. I. rerum Germ p. 273.* CHRON. RYTHMICVM *de Ducibus Brunſu. apud* LEIBNIZIVM *Tom. III. rer. Brunſu. Hiſt. de Landgrauiis c. XXIV. apud* PISTOR *p. 980. & 919.*

(f) HIST. LANDGR. *c. XXVI. l. c.* BINHARD *p. 146.*

(g) HIST. LANDGR. *c. XXVIII.* BINHARD. *147.*

(h) LANGIVS *in Chron. Citizenſi apud* PISTOR. *p. 159.* GODOFREDVS COLONIENSIS *apud* FREHERVM *Tom. I. rer. Germ.*

 (i) CHRO-

Digitized by Google

(*i*) CHRONIC. MONTIS SERENI *ad annum 1202. p. 73.*

(*k*) Pluribus *illuſtris Dn.* PRÆSES *in Syntagm. Hiſt. Germ. diſ. XIX. §. 8. 9. ibique citatus* ENGELHVSIVS. ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib. VI. c. 5. p. 455.* PAVLVS LANGIVS *in Chronic. Citizenſi.* apud PISTORIVM *p. 795. Autor* DE LANDGRAVIIS *c. 33. p. 921.* BINHARD *in Chron. p. 150. aliique.*

(*l*) *Autor de Landgrauiis apud* PISTOR. *c. XXXV. p. 922.*

(*m*) BVCELLINVS *quem allegat* PFEFFINGER *l. c. in annal. Germ ad annum 1223.* BINHARD. *p. 162. & 163.*

(*n*) GOBELINVS PERSONA *Ætate 6. c. 64. p. 277.* PAVLVS LANGIVS *p. 799. & 180.* PAVLINI *in annal. Iſenac. §. 44. p. 37. aliique.*

(*o*) SIFFRIDVS PRESBYTER *Lib. II. ad annum 1231. p. 695.* HIST. LANDGR. *c. 49 p. 626. aliique.*

(*p*) *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. Hiſt. Germ. Diſſ. 20. §. 18. Diſſ. 21. §. 9. vbi nota 4. notabilem locum ex fragmento hiſtorico quod habet* VRSTISIVS *p. 91. allegat.*

(*q*) *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. Hiſt. Germ. Diſſ. XXI. §. 10. & diſſ. 20. §. 19. ibique citati Autores.*

(*r*) Sophia prouocabat imprimis ad ius ſanguinis, quia defuncti Henrici neptis erat, ex fratre, 2.) ad homagium Haſſorum, filio Henrico puero præſtitutum. Henricus illuſtris vero Miſnenſis 1.) ad ius ſanguinis 2.) ad expectatiuam ab Imperatore Friderico, Heinrico, viuo adhuc Heinrico Raſpone datam. ALBINVS *Chron. Miſn. tit. 15. p. 191.* PAVLINI *in annal. Iſenac. p. 47. 48.* WECK *Beſchreibung Dresdens p. 104. ubi p. 153.* expectatiuas has literas inſerit, 3.) ad literas reuerſales, quibus Thuringiæ Magnates Comitesue ſe ſubiecerint. vid. infr. SECT. III. PAVLINI *in annal. Iſenac. p. 49. ſeq.* WECK *Beſchreibung Dresdens. p. 105. ſeq.* PFEFFINGER *Lib. I. Tit. 16. p. 239. ſeq.* LANGIVS *Chron. Citicenſ. c. l. Hiſt. Landgr. c. 62. p. 929.*

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII.

Henricus Illuſtris filios reliquit tres, Albertum dictum degenerem, Dietericum ex Conſtantia Auſtriaca, & Friedericum ex Eliſabetha Maltitzia, Nobili Miſnenſi. *(a)* Inter hos iam viuus terras diuiſit, vt Albertus Thuringiam cum Saxoniæ Palatinatu, *(b)* Theodericus Landsbergam cum Oſterlandia, Fridericus vero Dreſdam obtineret. *(c)* Albertus Degener vero maximis Thuringiam calamitatibus afflixit. Matrimonio enim ſibi copulauerat Margaretham Friederici II. Imperatoris filiam *(d)*, ex qua nati ſunt, Friedericus dictus admorſus, atque Dicemannus, ſed hanc ob pellicem ſuam Cunegundam de Iſenberg, repudiabat, imo e medio tollere conabatur, verum ope miniſtrorum quorundam aufugit, antequam vero hoc fieret, filii ſui Friederici genas mordicus dependit. *(e)* Adultis poſtea Friederico ac Dicemanno maxima orta ſunt diſſidia inter Albertum & filios. Albertus enim matrem horum Principum admodum perſequebatur, quam ipſi omni defendebant ſtudio, hinc pater iratus, filios exheredare volebat, eumque in finem filio ſuo ex pellice Cunegunda nato Apollonio vel Alberto, vulgo Apetz dicto, varia caſtra dedit. *(f)* Verum durantibus hiſce diſſidiis, cepit patrem Friedericus admorſus, & per aliquot tempus illum detinuit. Liberatus vero totam Thuringiam vendidit Adolpho Naſſouio, contradicentibus tamen filiis. Hæc venditio occaſionem dedit vaſtationi per aliquot annos a ſceleſtiſſimis hominibus factæ. Mortuus vero eſt Albertus in egeſtate Anno 1314. *(g)* Hunc excepit filius primogenitus Friedericus

Ad-

Admorſus (*h*) ſolus. Duas hic Princeps habiut coniuges, Agnetem Carinthiacam, & Eliſabetham filiam Comitis Lobdeburgici & Arnshaugii, cum qua dotis loco accepit Ienam noſtram, Neuſtadium, aliasque ciuitates. (*i*) Prœlia huius Principis ſat grauia fuerunt in bello cum Thuringiam recuperaret, imprimis vero prœlium cum Auſtriacis, quorum maxima pars erant Sueui, qui ad internecionem vſque fuerunt cæſi, ita, vt ſuperſtites ob timorem ſe in corpora equorum interfectorum reconderent. (*k*) Mortuus eſt 1326. & ſepultus Iſenaci. Huic ſucceſſit filius Fridericus Seuerus grauis ſeu maces dictus. Hic adhuc minorennis anno 1327. Dynaſtiam Trefurtenſem, ope Moguntinorum & Haſſorum occupauit, & hanc ob cauſam hæc Dynaſtia hiſce tribus Dominis adhuc paret. (*l*) Deinde Vinarienſem Comitem Guntherum ob iniurias illatas egregie puniuit. (*m*) Imperatoriam dignitatem *poſt mortem* Ludouici Bauari ſoceri ſui ipſi oblatam declinauit. (*n*) Tandem an. 1349. mortuus eſt, & ſucceſſorem habuit filium Friedericum Strenuum, qui poſt patris mortem tutor erat fratrum minorennium, Balthaſaris, Ludouici, & Wilhelmi, & per quindecim annos vſque ad annum 1370 vniuerſas ditiones cum iis coniunctim adminiſtrauit. (*o*) Deinde ſequenti modo terras diuiſerunt. Friedericus ſibi reſeruabat Oſterlandiam, Wilhelmo Cocliti tribuebat Miſniam, Balthaſari vero Thuringiam. Hic cum fratre Friederico emebat oppidum Sangerhuſium a Brunuſuicenſium Duce Magno Torquato, & Præfecturam Gerſtungenſem ab Abbate Fuldenſi &c. (*p*) Varia quoque diſſidia Landgrauius noſter cum fratribus

ſuis

Digitized by Google

ſuis habuit, cum Brunſuicenſium Duce Alberto, & Haſſiæ Landgrauio Hermanno, quæ tandem fuerunt compoſita. (*q*) In terram ſanctam quoque profectus eſt noſter Balthaſar, feliciterque reuerſus arcem Gothanam Grimmenſtein dictam, operibus aliquot cinxit. (*r*) mortuus eſt anno 1406. (*s*) Succeſſorem in Thuringia habuit filium Friedericum, qui iunior vel ſimplex dicebatur. Hic in vxorem duxit Annam Guntheri Comitis Schvvartzburgici filiam. (*t*) Verum infelix fuit hoc matrimonium, tam in eo quod gentem non propagauerit, quam quod a ſocero mirum in modum fuerit ſeductus. Varia exinde Thuringia noſtra experta fuit mala, quibus tamen agnati noſtri Friederici medelam attulerunt. (*u*) Inſigniter auxit hic Princeps terras ſuas ex hereditate VVilhelmi Coclitis, hoc enim ſine liberis defuncto, Miſniam reliquit Friederico Bellicoſo, (*w*) ac VVilhelmo fratribus & Friederico noſtro. (*x*) Tandem ſine liberis deceſſit Weiſenſeæ, & ſepultus eſt Reinhardsbrunnæ. (*y*) Succeſſores habuit hic Princeps Friedericum II. Electorem, & Wilhelmum III. fratres Friederici Bellicoſi Electoris I. filios, qui fratres grauiſſima diſſidia habuerunt, & terras diuiſas poſſederunt. Friedericus II. vero ſeu pacificus ſolus gentem propagauit per Erneſtum & Albertum. Ex quibus Sereniſſimis Principibus tota Sereniſſima Saxoniæ Electorum, & Ducum familia orta eſt. Ita vt hæc potentiſſima gens hodie in duas lineas diuidatur Erneſtinam nempe (quæ potiorem Thuringiæ noſtræ partem poſſidet, & in duabus lineis primariis continuatur Vinarienſi quæ iterum diuiditur in Vinarienſem ac Iſenacen-

 ſem,

ſem, & Gothana cuius rami ſunt linea Meinungenſis, Saalfeldenſis & Hilpershuſana) & Albertinam quæ continuatur in linea Electorali, Weiſenfelſenſi & Merſeburgenſi.

(*a*) PAVLINI *in annal. Iſenacenſ.* §. *61. p. 51.*

(*b*) Quæritur hic an Palatinatus Thuringiæ an Saxoniæ fuerit, quem Albertus a patre Heinrico illuſtri accepit? Et reſpondetur Saxoniæ Palatinatum ſine dubio fuiſſe, cum Thuringiæ Palatinatus nunquuum extitit & licet quidam, eum omnino extitiſſe putent, ſeducti fuerunt per inſignia Saxonica quæ duplicem præ ſe ferunt aquilam, hinc putant ratione Thuringiæ ac Saxoniæ hæc inſignia duplicia geri ſimul, ſed huic aliorumque opinionibus vtpote Cocceji, Albini, Speneri, &c. reſpondet illuſtris Dn. PRÆSES *in Syntagm. Jur. Publ. c. XX.* §. *20.*

(*c*) PAVLINI *in annal. Iſenac.* §. *61. p. 52.* HISTOR. LANDGRAV. *c. 63.* Solummodo Albertum & Dietericum commemorat, & forte ideo, quia Fridericus ex matrimonio in æquali fuerit prognatus.

(*d*) Cum qua dotis loco accepit Altenburgenſem Burggrauiatum ac terram Miſnenſem &c. PAVLINI. *c. l.* §. *62. Dn. a* LVDEWIG *in Germ. Principe Lib. III. c. I.* §. *II.*

(*e*) PAVLINI. *c. l.* BINHARD *in Chron. p. 195.*

(*f*) Non modica cauſa quoque diſſidiorum erat hereditas Dieterici, Landsbergenſis Marchionis, Alberti fratris, qui terras ſuas Alberti filiis legauerat, ad quas tamen pater potius ius ſibi eſſe putabat.

(*g*) De his diſſidiis videatur *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Syntagm. Hiſt. Germ. Diſſ. 24.* §. *4.* PAVLINI *in Annal. Iſenac.* §. *62. 63. ſeq.* TENZEL. *ſuppl. Hiſt. Goth. p. 75. ſeq. Dn. a* LVDEWIG *in Germ. Princip. Lib. 3. c. 1.* §. *15.* WECK *Beſchreibung Dresdens P. III.* BINHARD *p. 296. ſeq.* ALBINVS *Chron. Miſn. Tit. XX.*

(*h*) DIZMANNVS Lipſiæ a Siccario interfectus, quem Philippus Naſſouicus emiſerat. PAVLINI. *c. l.* aliique.

(*i*) TEN-

(*i*) TENZEL *Suppl. Hiſt. Goth. p. 78.* WECK *Beſchreibung Dresdens.*

(*k*) PAVLINI *c. l.* WECK *c. l. Dn. a* LVDEWIG *c. l.*

(*l*) TENZEL *in ſuppl. Hiſt. Goth. p. 90.* PAVLINI *c. l. §. 83. p. 77.*

(*m*) PAVLINI *§. 84. p. 79.* WECK *Beſchreibung Dresdens p. 114.* aliique

(*n*) PAVLINI *§. 89, p. 81. Dn. a* LVDEWIG *in Germ. Princ. L. 3. c. I. §. II.* vt Cæſaream dignitatem non acceptaret a Carolo IV. Rege Bohemiæ 10000. Marcarum argenti accepit.

(*o*) HIST. LANDGR. *c. 121.* TENZEL. *p. 189.* WECK. *p. 115.*

(*p*) HIST. LANDGR. *c. 117.* PAVLINI *p. 86.* ALBINVS *Chronic. Miſn. Tit. 15. p. 202.*

(*q*) PAVLINI *p. 92.*

(*r*) Probante TENZELIO *in Suppl. Hiſt. Goth. p. 191. & 201.*

(*s*) TENZEL *p. 259.* PAVLINI. *107. ſeq.* HIST. LANDGR. *c. 149.* BINHARD *p. 289.*

(*t*) HIST. LANDGR. *c. 153.*

(*u*) HIST. LANDGR. *c. 156.* FABRIC. *in Orig. Sax. Lib. 6.* TENZEL. *c. l. p. 261.* PAVLINI *§. 112. p. 110.* WECK. *c. l. p. 117.* BINHARD. *p. 291.*

(*w*) Primo poſtea ex hac gente Electore Saxoniæ Extinctis enim Saxoniæ Electoribus familiæ Aſcanicæ, varii ſucceſſionem petebant, verum Sigiſmundus Imperator Electoratum vna cum terris Saxonicis 1423. Friderico Bellicoſo ob bene merita conceſſit. *Illuſtris* PRÆSES *in Synt. Hiſt. Germ. Diſſ. 29. §. 29. & Synt. Jur. Publ. c. 3. §. 23.*

(*x*) In pari enim agnationis gradu hi Principes erant. Nam Fridericus Bellicoſus & Wilhelmus erant Friderici Strenui filii. Fridericus iunior vero Balthaſaris, qui cum Wilhelmo Cocliti & Friderico Strenuo ex uno Stirpe nati. Hanc diuiſionem terrarum exhibet nobis MVLLER *in Annal. Sax. p. 6.* WECK *c. l. p. 117.* TENZEL. *p. 267.*

 (y) Num

(y) Num Weiſenſeæ vel Weiſenfelſæ mortuus ſit Friedericus noſter dubitat PAVLINI *in annal. Iſenac.* §. *117. p. 113.* rectius vero ait TENZELIVS *ſuppl. Hiſt. Goth. p. 330.* mortuum eum eſſe Weiſenſeæ, & hoc exinde probat, quia ſæpius Weiſenſeæ ſedem fixiſſet, nunquam vero Weiſenfelſa ad eius ditiones pertinuiſſet, ſed ad Friderici placidi & Wilhelmi. FABRICIVS *in Orig. Saxonicis p. 666.*

## SECTIO TERTIA

DE

# *Landſaſſiiatu Thuringiæ in ſpecie.*

§. I.

EXpoſito igitur Sect. I. Landſaſſiorum Statu & obligatione erga Dominum in genere, & Sect. II. Statu Thuringiæ, reſtat vt hanc Landſaſſiorum obligationem, ad Thuringiæ Comites & Vaſallos adplicemus, atque ex præcipuis criteriis & fundamentis Landſaſſiatum demonſtremus, quod Comites ac Vaſalli Thuringiæ Landgrauiis Principatus atque ex Territorii iure ſint ſubiecti, eorumque Landſaſſii, Sereniſſimi Duces vero illorum Domini Territoriales *ihre rechte Erb-und Lands-Fürſten.*

§. II.

Inter præcipua argumenta, quæ Thuringiæ Landſaſſiatum demonſtrant, referri meretur, quod iuſtus olim Ducatus fuerit Thuringia, & ſpeciali gauiſus ſit iure, & ſingularem conſtituerit in Imperio noſtro Romano Germanico prouinciam, ipſi Thuringiæ Duce præſide ac capite, iurium electionis & Comitiorum Im-

Digitized by Google

Imperii participem. Primis enim temporibus proprium regnum erat Thuringia, illiusue Reges vniuerſæ præerant Thuringiæ. Deſtructo hoc regno, Francorum Reges, iſtam ad rationes ſuas componebant, & in certos diſtrictus, dictos pagos, diuidebant, quibus Comites præficiebant, his vero Duces, quibus regimen in vniuerſam prouinciam tam ciuile quàm militare erat commiſſum. Deinde ad Henricum Ancupem peruenit, idemque factus eſt Dux Thuringorum potentiſſimus. (*a*) Sub Ottone M. diuidebatur Germania in originariam & acceſſoriam. In hac diuiſione Thuringi originariis populis annumerantur, omnes hi populi mediante Duce regebantur, licet tempore Ottonum ipſe Imperator Thuringorum Dux eſſet, exinde tamen non fiebat prouincia immediata, ſed inter mediatas erat referenda, & ſaltim prouincia Imperatorum hæreditaria. Hi poſtea Thuringis Comites dabant, vel Marggrauios, qui Imp. nomine Thuringiam regerent, (*c*) vſque dum Lotharius Imperator Ludouicum conſtituens Landgrauium, ipſi in reliquos Thuringiæ Comites concederet poteſtatem, & priſtina iura reſtitueret. Et dum negari nequeat, de Thuringia noſtra, quod fuerit Ducatus, in quo ſecundum Ducatus naturam, omnes Vaſalli Ducis poteſtati fuerunt ſubiecti, id quod praxis aliarum prouinciarum mediatarum teſtetur, eo minus dubitandum, Comites Thur. Sereniſſ. Ducum Sax. eſſe Landſaſſios. (*d*)

(*a*) Supra *Sect. II. §. VII. not. a.* hæc fuſius tractantur.
(*b*) *Illuſtris Dn.* PRÆSES *Synt. Jur. publ. cap III. §. II.*
(*c*) *ſupra Sect. II. §. X.*

 (*d*) de

(*d*) de hoc Landſaſſiatu controuertitur adhuc hodie inter Sereniſſimum Saxoniæ Ducem Vinarienſem & Principes Schwarzburgicos. Hi enim omni modo negant ſe eſſe Landſaſſios, & etiamſi de Feudis quibusdam inueſtiantur a Sereniſſ. Ducibus, ſoli tamen ſint Vaſalli Saxonici. Si initium harum Controuerſiarum intuemur ſine dubio id ex proceſſu in Camera pendenti de iure Collectarum eſt deſumendum, qui proceſſus longe ultra ſeculum durauit. Ab hoc proceſſu Comites nunc Principes Schwarzburgici ſemper noua quædam contra Sereniſſ. Duces ac illorum Superioritatem Territorialem machinari auſi ſunt, usque dum Sereniſſimus Dux Vinarienſis armata manu iura ſua recuperare ſtudebat. Cum igitur rubrica diſſertationis meæ iam indicat, propoſitum mihi eſſe Thuringiæ Landſaſſiatum vberius demonſtrare, præcipua argumenta prolaturus ſum & in antecedenti §. iam demonſtraui, quomodo Landſaſſiatus hic ex iure ducatus probandus ſit. Contra hoc argumentum vero Schwarzburgici inprimis Autor *der in* iure & facto *gegründeten Gegen*-Deduction *in Sachen Schwarzburg, Arnſtadt* contra Weimar p. 10. &c. varia proferunt & præcipue quidem contra ea, quæ ſupra dicta, quod ſemper totum integrale fuerit hæc prouincia quæ etiam *Autor deductionis iuris & facti in Sachen Sachſen Weimar contra Schwarzburg Arnſtadt p. 6.* probat, mouent: Nunquam totum integrale fuiſſe hanc prouinciam nam quod ad regnum attineret, nunquam determinari poſſet Regum poteſtas vniuerſalis, quia ipſe Sagittarius hoc pro dubio habuiſſet. 2.) neque & Ducatu Thuringiæ hoc demonſtrari poſſe quod temporibus Carolingorum Duces Comitum Dominos Territoriales fuerint, cum demum poſt ſecula quædam ſuperioritas territorialis nota fuerit, 3.) Prorſus negat Caroli M. & Ludouici pii temporibus Duces extitiſſe in Thuringia. 4.) Tempore Carolingorum Ducem Thuringiæ cum excluſione aliorum Statuum Thuringiæ, ſolum ſtatum Imperii

Digitized by Google

Imperii eſſe non potuiſſe, quia horum, Thuringiæ nempe Statuum longe antea fieret mentio, ſub titulo: *Seniorum, Magnificorum Virorum, Senatorum & Principum* in epiſtola Bonifacii ad Thuringos, qui Viri Magnifici, Seniores & Principes a Regibus ſolummodo dependiſſent. 5.) Fatetur quidem tempore Ludouici germ. Duces quosdam Sorabici limitis dicti vel Thuringorum inueniri, ſed iſtos ſaltim fuiſſe Duces bellicos. 6.) Infert dignitatem Ducalem non fuiſſe hæreditariam. 7.) Henricum Aucupem non totam Thuringiam poſſediſſe vel in illa libera poteſtate regnaſſe, quia Scriptores tacerent & qui a Saxonibus allegarentur non eſſent recte intellecti. 8.) Marchionibus negat poteſtatem vniuerſalem in Thuringiam inprimis Eccardo &c. Sed ad hæc argumenta facilis eſt reſponſio ad 1.) quidem non negandum quod Regum poteſtas fuerit incerta, ſed e contrario verum quod Domini in vniuerſam Thuringiam fuerint. Nam nihil nos ferit, locus iſte Taciti, quem allegat. Reges ex nobilitate ſumunt, Duces ex virtute, nec Regibus infinita aut libera poteſtas &c. Sed inſtantia facilis eſt, Rex non regnat libera poteſtate; ergo Magnates vel Proceres prouinciæ illi non ſunt ſubiecti quomodo vero hoc procedit, quilibet videbit, dicit porro quidem Regem nil ſine horum cenſenſu facere potuiſſe, ſed hoc noſtram theſin non euertit, quod Thuringia totum fuerit integrale & Rex habuerit poteſtatem in vniuerſam Thuringiam, nam Rex quidam qui vel electione vel etiam ſucceſſione ad Regnum peruenit, & eſt adſtrictus ad Procerum vel populi conſenſum, ergo hi Proceres non ſunt ſubditi Regis vel hic non eſt Rex totius prouinciæ. itaque potius manet Regnum Thuringiæ totum integrale fuiſſe, in quo ſolus Rex imperauit, licet, (quod tamen incertum) ad Procerum vel populi conſenſum fuerit adſtrictus, nec Proceres liberi erant. Ad 2.) argumentum reſpondemus, concedendo quidem, quod ſuperioritas Territorialis fuiſ-

ſet

ſet ignota tempore Caroli M. nec Duces Comitum dominos Territorii fuiſſe, verum hoc tamen non negandum & ex antiquo Francorum regimine probandum, quod Comites ſemper fuerint ſub Ducibus, nam hoc non negandum quidem, quod hæreditario iure Thuringiam non poſſederint ſed quod a Regibus Germaniæ fuerint conſtituti ac ab illis dependiſſent *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Syntagm. jur. publ. cap.* XIX. *§. III.* & ſupra *ſect. II. §. II. not. a*) iam demonſtratum quomodo omnes prouinciæ Germaniæ fuerint diuiſæ in certos pagos quibus Comites iudicum loco fuiſſent præfecti verum hos Comites iterum ſub Ducum poteſtate fuiſſe. Hinc manet licet tunc Duces Comitum Domini Territorii non fuerunt, tamen eorum fuerunt Domini, ad 3.) argumentum, quod negat tempore Caroli M. ac Ludouici pii Thuringiæ Duces, id ſine dubio ſilentio Scriptorum eſt adſcribendum. Ad 4.) reſpondeo, quod Autor errare mihi videatur, nam putat hos viros Magnificos, Seniores & Principes, pro ſe habuiſſent votum & ſeſſionem in Comitiis & diebus electionis. Sed oppono illi locum quendam HINCMARI *epiſt. 14. ad Proceres regni pro inſtitutione Carolomanni Regis § 29.* qui dicit: *Conſuetudo autem tunc temporis talis erat, vt non ſæpius ſed bis in anno placita duo tenerentur. Vnum quando ordinabatur ſtatus totius regni ad anni vertentis ſpatium, quod ordinatum nullus euentus rerum niſi ſumma neceſſitas, quæ ſimiliter toto regno incumbebat, mutabatur. In quo placito generalitas vniuerſorum Maiorum tam Clericorum quam Laicorum conueniebat. Seniores propter conſilium ordinandum. Minores propter idem ſuſcipiendum &c.* Ex his verbis facile patebit erronea AVTORIS *der gegen ded.* opinio. Nam HINCMARVS dicit tunc temporis i. e. Carolingorum bis in anno duo placita tenebantur, in quo Seniores, (qui iuxta mentem horum verborum nulli alii erant, quam Duces & præcipui regni Status) conueniebant propter conſilium ordinandum. (i. e. ad præſcribenda manda-

mandata & ordinationes iudicibus inferioribus) Minores, (i. e. Comites ac alii iudices inferiores) propter idem ſuſcipiendum, i. e. vt ſententias ſuas in iudicando iuxta hæc mandata dirigerent. Nunc ſane comparitio horum Minorum, non ſtatim iis attribuit votum & Seſſionem in Comitiis, ſed aderant ſolummodo ad ſuſcipiendum quod decretum i. e. auſcultandi cauſa vt audirent & eo melius intelligerent ea quæ concluſa eſſent, non vero decidendi vel conſultandi cauſa. Quod ad electionem attinet, quando Autor ipſis votum attribuit in electione Imperatoris vel Regis, nihil ipſis dat præ populo prærogatiuæ, nam populus etiam in electione concurrebat & voto gaudebat. Ad 5.) quod attinet, cum putat Duces Thuringiæ qui inuenirentur, fuiſſent ſolummodo militares erga Sorabos vel Sorabici limitis, errat, nam ratione Sorabici limitis erant ſolum Marchiones, argumenta quibus nititur Autor iſte ſatis ſunt inepta dicit enim Duces Ratolphus & Dachulphus contra Sorabos cum exercitu profecti eſſent, & quidem mandato Regis, ergo concludendum eos fuiſſe ſaltim Duces erga Sorabos Generals *wieder die* Sorben, cum tamen contrarium ſatis ex Francorum regimine apparet iſte enim ſolus Dux dicebatur, cui regimen prouinciæ tam militare quam ciuile commiſſum. Ad 6.) cum Ducatum Thuringiæ ex eo euertere conatur, quia dignitas ducalis non fuiſſet hæreditaria reſpondendum, plane abſurdum eſſe hoc ad euertendum Thuringiæ Ducatum, nam ſi hunc negat ex fundamento, quia non fuit hæreditarius omnes Ducatus Germaniæ negare debet, nam nullus Ducatus hæreditarius, tunc temporis in Germania quantaquanta fuerit, inueniri poterit, ſed omnes a Regum dependebant arbitrio. Ad 7.) neſcio qua autoritate Henrici Aucupis liberam poteſtatem in Thuringia euertere vult nam ſolum DITMARUM refutat cum tamen innumeri Scriptores, quos ſupra *Sect. II. §. X. not. a)* allegaui contrarium teſtantur, qui omnes Henricum no-



Digitized by Google

ſtrum Thuringiæ Ducem vocant, imo vt dictum c. I. ipſe Conradus Rex moriens eum ſic appellauit. Ad 8.) Reſpondeo illi concedendo, nam non opus habuiſſet per hoc quædam mouere, ex hiſtoria enim ſatis patet, quod eo tempore quo Marchiones Thuringiæ inuenimus, iuſti Thur. Duces erant Ottones Imperatores &c. & dignitas Marggrauii tunc cum Comitum dignitate æqualis erat, quod ad Eccardum attinet, putat Autor *der Gegen*-Deduction ſingulare argumentum eſſe pro libertate Comitum „ quod cum Eccardus regnum adſpiraſſet Comites Thuringæ non Eccardo ſed Ludouico Bauaro votum dediſſent & hoc ſane non probare quod Comites fuerint Eccardi Landſaſſii. Sed hoc iterum concedam cum Eccardus æqualis ſaltim fuit cum Comitibus iſtis, & quod illius Ducatum attinet, ſupra de illo eſt dictum *Sect. II. §. XI. not. f*) Et quæ ſunt plura eiusmodi valoris argumenta contra Thur. Ducatum, quæ habet AVTOR *der Gegen-Deduction. c. l.*

## §. III.

Landſaſſiatus Thuringiæ demonſtrandus quoque eſt, ex erectione Landgrauiatus & reſtitutione Principatus Thuringici. Nam vt ſupra probauimus, Eccardus communi totius populi electione Ducatum promeruit, ſiue caput atque Aduocatus totius prouinciæ fuit conſtitutus. (*a*) Conradus Salicus Imperator an. 1115. Ludouicum fratrem ſuum dictum cum barba, Vicarium Imp. fecit per totam Thuringiam, quæ iſto defuncto iterum ſine capite fuit, Aduocato & Vicario Imp. Vſque dum Lotharius Imperator, Ludouicum III. de conſilio Principum Landgrauium Thuringiæ faceret, eique nomen Principis imponeret (*b*), eundemque omni Thuringiæ præficeret, Comitesue Thuringiæ illi ſubiiceret. (*c*) Quis enim dubitabit, Lotharium Imperatorem aliud intendiſſe, quam vt vniuerſæ Thurin-

giæ

giæ noſtrum Ludouicum præficeret, atque Vicarium Imperii in hac prouincia conſtitueret, cum tantis vteretur Solennitatibus, vt ipſum de conſilio Principum, id eſt, in ſolenni curia, vna coram facie totius Imperii Principem faceret. Quodſi enim voluiſſet Imperator, vt ad inſtar Hermanni de VVinzenburg aliorumque in Thuringia Comitum ſola vteretur iurisdictione in Thuringiæ prouinciam, quid opus fuiſſet tot Solennibus. Patet hoc tanto magis ex ſubiectione Comitum Ludouico facta, inter quos Schvvarzburgici nominetenus recenſentur. (*d*) Comprobant illud mores Germaniæ, cum nullus Ducatus vel Principatus reperiatur, cui non certi Comitatus Comitesue fuiſſent ſubiecti. Ex his igitur ſequitur, ſi Lotharius Ludouicum Thuringiæ præfecit, ſi Comites Thuringiæ illi ſubiecit, omnino verum eſſe, eum fuiſſe illorum Dominum, & hos illius Subditos vel Landſaſſios. (*e*)

(*a*) ſupra *Sect. II.* §. *XII. not. a)*

(*b*) *Illuſtris Dominus* PRÆSES *Synt. jur. publ. cap. III.* §. *XX.* & *Hiſt. Germ. Diſſ. XVI.* §. *XXIX.* & *ſupra Sect. II.* §. *XII. not. d.*

(*c*) vid. ſupra *Sect. II.* §. *XII. not. c.* AVTOR *deductionis juris* & *facti in Sachen Weimar contra Arnſtadt p. 8.*

(*d*) AVTOR *Ded. juris* & *facti in Sachen Weimar contra Arnſtadt p. 8.* & *9.* ibique citat. Autores inter quos SIGISM. STROPH. *Rector Scholæ Sundershuſanæ in Genealogia ſiue originibus Comitum Schwarzb. ſupra quoque Sect. II.* §. *XII. nota c.*

(*e*) Varia iterum profert AVTOR *der Gegen-Deduction p. 16. 17.* &*c.* contra hoc 1.) dicit Landgrauios longe ante tempora Ludouici fuiſſe & inprimis de Hermanno de Winzenburg loquitur. 2.) Exinde concludit. Si Landgrauii ante Ludouicum in Thuringia fuiſſent, falſum eſſe, quod digni-



Digitized by Google

tas Landgrauii principalis fuiſſet illique poteſtatem vniuerſalem in totam Thuringiam habuiſſent. 3.) Cum Ludouicus Hermanno ſucceſſiſſet in Landgrauiatu, nullas ditiones amplius accepiſſet, quam Hermanni. 4.) Falſum igitur eſſe, quod Ludouicus Principatum, in vniuerſam Thuringiam ſolenniter & in conſpectu totius Imperii accepiſſet. 5.) probandum eſſe putat ex diplomatibus Ludouico datis, quod non totam Thuringiam, ſed paruam illius partem accepiſſet. 6.) Dignitatem Principis accepiſſet Ludouicus non cum Landgrauiatu ſed ab Auo & patre. 7.) Falſum eſſe, quod Ludouico diuerſi alii Comites *zum Erb-Hoffgeſinde* dati fuiſſent. 8.) dignitatem Landgrauii fuiſſe iudicialem & Comites Aſſeſſores, p. 20. diſtinguit inter totum & partem & dicit : totum eſſe regionem Thuringiæ, partem vero Landgrauiatum. Ad 1.) vero reſpondendum. Quod recte dicat, quod iam ante Ludouicum fuerint Landgrauii in Thuringia, ſed ſuperius iam *Sect. II.* oſtenſum, diſtinguendum inter Landgrauiatum Hermanni ac aliorum & Ludouici Hermannus enim tantum erat *Kayſerl. Land-Richter* qui iudicio prouinciali præerat *dem Land - Gerichte*. Et hi Landgrauii nunquam dignitate Ducali vel principali gauiſi ſunt, ſed nudi erant Comites. Ludouicus vero primus Ducali ac principali hæreditario ac pleno iure, cum Thuringia tota ab Imperatore Lothario fuit inueſtitus. Ad 2.) nullius indiget reſponſionis, nam anterioris argumenti reſponſio & ad hoc mihi ſufficiens videtur. Ad 3.) reſpondetur quod minime fuerit probatum, cum locus ab illo allegatus Chronici Montis Sereni apud Maderum ad a. 1130. huc nil facit, dicit enim. Huius perfidiæ vindex Ludouicus Rex Wincenburg caſtrum ipſius fregit & Comitatum dedit Ludouico dicto de Thuringia, Sed quæ concluſio, Lotharius Comitatum Hermanni dedit Ludouico, ergo nihil amplius accepit a Lothario in Thuringia. Thuringia enim ſemper fuit totum integrale vsque dum Lotharius etiam

iam

iam iura Principatus Ludouico ſub nomine Landgrauiatus traderet. Potius ex Lotharii verbis eſt concludendum, quod Lotharius Comitatum Winzenburgenſem, Ludouici poteſtati antea ſubiectam ipſius poſſeſſoribus addiceret. 4.) nullius momenti eſt, nam autoritatem & fidem omnium Scriptorum negligit vid. ſupra *Sect. II. §. XII. not. b.* & tantum ad Diploma prouocat, in quo Ludouico hæc vniuerſalis poteſtas fuerit tradita, verum dum hocce diploma adhuc latitet, ad Scriptores omnino erit recurrendum. Ad 5.) quod putat, Ludouicum paruam Thuringiæ partem accepiſſe, reſpondendum omnino totam accepiſſe vid. reſponſ. ad arg. 3.) Quod ad 6.) attinet, dignitatem principalem non cum Landgrauiatu ortam eſſe, ſed Ludouici Aſcendentes eam iamdum habuiſſe, falſum eſt Aſcendentes enim ipſius erant ſolummodo Comites Thuringiæ, & a nullo Scriptore Principes ſalutantur, de Ludouico noſtro vero certum, eum ſtatim poſt erectionem Landgrauiatus Principem fuiſſe ſalutatum. Ad 7.) reſp. omnino Comites Thuringiæ Ludouico noſtro fuiſſe ſubiectos *zum Erb-Hoffgeſinde* vt Chronici loquuntur, licet enim dicit, fide Chronicorum nitendum haud eſſe, quod etiam admitto, ex antiquo tamen Germaniæ regiminis ſtatu liquet, omnes Ducatus ac Principatus fundatos fuiſſe in certis Comitatibus. Cum igitur Lotharius Thuringiæ noſtræ Principatus iura reſtauraret, ac Ludouico noſtro ſub Langrauiatus nomine concederet, certum omnino eſt & Comites Thuringiæ Ludouico fuiſſe ſubiectos. 8.) Argum. Iubentiſſime concedam ſi ad antiquiora tempora reſpicit, quibus omnino Landgrauii poteſtas fuit judicialis, ſi vero ad erectionem Landgrauiatus reſpicit valde errat, tunc temporis enim Landgrauius non erat *Kayſerl. Land Richter* & Comites illius aſſeſſores. Sed Ludouicus Landgrauius erat Princeps Imperii, cui Comites erant ſubiecti. Tandem diſtinguit theſin illam Thuringiam fuiſſe totum integrale, & dicit Thuringiæ regionem *die Landſchafft Thüringen* fuiſſe to-

tum illud non vero Landgrauiatum, hic enim fuiſſet pars ſolum regionis.

## §. IV.

Tertium demonſtrationis noſtræ, idemque haud minimum argumentum in eo conſiſtit, quod Ludouicus de Thuringiæ Landgrauiatu a Lothario Imperatore vexillorum feſtiua ſolennitate fuerit inueſtitus, (*a*) atque tali modo Thuringia noſtra fuit feudum vexilli Principale, *ein Reichs-Fahn-Lehn, und Fürſtenthum.* Non equidem diffitemur Comitatus quoſdam inſigniores etiam per vexillum fuiſſe collatos, (*b*) prout in Saxonia Comitatus Aſcanienſis, (*c*) de feſtiua tamen in ſolenni Curia facta Comitatus Germanici inueſtitura, nullum forſan adlegari poterit exemplum, quod in Ducatuum atque Principatuum inueſtitura frequens. (*d*) Inde etiam factum putem, quod Comites Imperii non ab ipſo Imperatore, ſed a iudicio aulico ſaltim inueſtiantur. Per ſolennem hanc inueſtituram Principibus iura in Comites & Vaſallos fuiſſe conceſſa, Germanorum Leges antiquæ teſtantur. (*e*) Eluceſcit hoc tanto magis ex eo quod ipſi Reges Imperatoribus Germanicis clientelares, vel per gladium, vel per vexilla fuerint inueſtiti, quod indicium eſt illos, qui per vexillum fuerunt inueſtiti, totius prouinciæ veros eſſe Dominos, Comites & Vaſallos Domino prouinciæ tanquam Landſaſſios eſſe ſubiectos. Litteræ inueſtituræ (*g*) tam antiquæ quam recentiores, hoc quoque docent. (*h*)

(*a*) AVTOR *in Append. ad* MARIANVM SCOTVM *ad a.* 1130. *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. hiſt. germ. Diſſ. XVI.* §. *XXIX. not. iii.*

(*b*) prout

(*b*) prout demonſtrauit SCHILTERVS *in Comment. ad ius Feud. Alemann. cap. XLII. d. 2.* & GVNDLING *de Feudis vexilli* §. *XXII.*

(*c*) *Sachſen Spiegel lib. III. C. LXII. Sieben Fahn. Lehn ſind auch in dem Land zu Sachſen, das Hertzogthum zu Sachſen, die Pfalz, die Marck von Brandenburg, die Landgraffſchafft zu Döringen, die Marck zu Meiſſen, die Marck in Lauſitz, und die Graffſchafft zu Aſchersleben.*

(*d*) prout *Illuſtris Dn.* PRÆSES *Synt. Iur. publ.* hoc demonſtrauit *cap. XI.* §. *XXIII.* GVNDLING *de Feudis vexilli* §. *XXXIV.*

(*e*) *Sachſen-Spiegel Lib. III. art. LII. der Kayſer mag aber in allen Landen nicht geheim noch auch alle im Gericht richten zu aller Zeit, und darum ſo leihet er den Fürſten Fahn Leben und Graffſchafften, und den Graffen ihr Schultheiſſthumb, daſs ſie und die Schultheiſſen mögen fortrichten an ſeiner Statt.* Et clarius *Art. LIII. Iegliche Deutſchlande hatten ihre eigne Pfaltzgraffen: Sachſen, Bayern, Francken und Schwaben, waren alle Königreich, hernach aber wandelt man ihn die Nahmen, und hieſs ſie Herzogen, do ſie die Rœmer bezwungen, auch behielten ſie die Fürſten zu Mannen, und die Fürſten Fahn-Lehn gegen ihren Mannen.*

(*f*) Immo quod Comitatus feudis vexilli ſint ſubiecti docet *Sachſiſch Lehnrecht cap. LXXII. Es mag auch niemand ein Gerichte das ihm gelieben iſt, færder leihen, es ſey denn ein ſonderlich Gericht, das in ſein Gericht gebœret, als eine Graffſchafft welche in eine Marck gebœret, und in ein Fahn-Leben, das mus man wohl verleihen.* Sic per vexillum Germaniæ Principibus poteſtatem fuiſſe conceſſam docet SCHWÆBISCH LANDRECHT *cap. XXXIII. Der Kayſer ſoll leihen allen geiſtlichen Fürſten ihre Recht mit dem Zepter, und allen weltl. Fürſten mit den Fahnen. cap. XXXII. Es iſt kein Fahn-Lehn, davon ein Mann Fürſt mœge geſeyn, er empfahe es denn mit ſeiner eignen Hand von dem Kœnig. C. XXXVI. Vnd gebœret eine*

*Graff-*

Digitized by Google

*Graffſchafft in ein Fahn Lehn, wer das Fahn-Lehn hat, der ſoll die Graffſchafft hin leihen innerhalb eines Iahrs.* Quare SCHLEGELIVS *de nummis Iſenacenſibus p. 7. haud incongrue indicat, vexillum fuiſſe ſymbolum in Landgrauiorum Thuringiæ nummis, rite ipſis ab Imperatore collati feudi ac inſtar poſſeſſionis ſuorum Principatuum & Dn. a* LVDEWIG *ad A. B. Tit. V §. 1. p. 559. In den alten Zeiten wurde derienige, welcher dem Kayſer und Reich nicht allein vor ſeine Perſon, ſondern in einem Gefolge ſeiner Affter-Vaſallen dienen muſte, deſswegen mit den Zeichen einer Fahne belehnet, weil dieſe den Hauffen womit er zu dienen ſchuldig vorſtellete. Dann eine Fahne dieſen Endzweck hat, daſs ein Hauffen ſich im Streit zuſammen halten, oder wenn er ſich verlohren wieder dazu einfinden ſolle.*

(g) harum litterarum partem allegat AVTOR *Ded. in Sachen Weimar contra Arnſtadt in App. ſub Litt. D. n. 1. vsque ad 6 vbi in iis n. 6. a Sigismundo Imperatore datis notanda verba: Vnd haben ihn darum mit wohl bedachten Muthe, guten Rath und rechten Wiſſen, das obgenannte Churfürſtenthum, Herzogthum und Herrſchafft zu Sachſen mit allen ihren Ehren der Chur eines Rœmiſchen Kœnigs, Graffen, Herren, Mann, Mannſchafft, Rittern, Knechten, Stadten, Land und Leuten vnd allen Zuhœrungen nichts ausgenommen, mildiglich von beſondern vnſern Gnaden gegeben, geliehen und gereicht &c. vt & n. 5. a Carolo V. Ioh. Fried. Ioh. Wilh. Ioh. Fried. iuniori datis vbi expreſſa verba: Wir beleihen ſie mit allen Prælaten Graffen und Herren mit allen ihren Fürſtlichen Regalien &c. ſo in bemeldten Land zu Thüringen gelegen, darinn becreyſet begriffen vnd gehœrig ſind. Et n. 6. ab Imp. Leopoldo Sereniſſ. Ducibus Wilh. Erneſto, Ioh. Erneſto & Ioh. Wilh. datis: Wir beleihen ſie mit allen Prælaten, Graffen, Herren zu vnd Eingehœrungen &c. ſo zu und in bemeldten Land zu Thüringen gelegen geſeſſen dahin bekreyſet begriffen und gehœrig ſind, & paulo infra mit allen Prælaten, Graffen, Herren ſamt Graff vnd Herrſchafften auch den Graffen zu Schwarzburg. Tales litteræ extant quoque in Dn.* MVLLERI

LERI *Reichs-Tags-Theatro unter Kayſer Fried. V. vbi in der 5. Vorſtellung p. 453. a Sigismundo Imperatore Fridrico Sax. dat. & ſeq. continent: den vorgedachten Fridrichen zu den vorgedachten Churfürſtenthum gewürdiget, vnd mit Fahnen panieren vnd Schilden eingewieſen mit allen rechten Mannen und Mannſchafft belichen. vt & in der 5. Vorſtellung p. 459. beleihen die Hochgebohrnen Friedrichen, Sigmunden, Wilhelmen und Heinrichen Herzogen zu Sachſen mit Mannen Mannſchafft-Lehn Lehnhafft &c. vt & in Reichs Tags-Theatro unter Maximil. I. in der 2. Vorſtellung p. 517. 518, 520, 521, 524, 526. &c.*

(e) Falſum eſſe putat Autor *der Gegen Deduct. p. 18.* quod Ludouicus a Lothario cum multis vexillis fuerit inueſtitus quia hoc non fuiſſet ſolitum per multa vexilla inueſtiri ſed per vnicum. Aſt licet ſufficeret dixiſſe Thuringiam eſſe feudum vexilli, ſiue per vnum ſiue per plura vexilla in feudum fuerit collata, errare tamen dictum Autorem Hiſtoriæ docent. Audiamus enim Ottonem Friſingenſem, ſcriptorem fere coæuum, qui dum transactionem inter Henricum Leonem & Henricum Noricum de g. Friderici I. *Lib. II. c. XXXII.* deſcriberet, ait: Erat autem hæc ſumma concordiæ: Henricus Maior natu, Ducatum Baioariæ per VII. vexilla reſignauit. Quibus minori traditis, ille duobus vexillis Marchiam orientalem cum Comitatibus ad eum ex antiquo pertinentibus reddidit. Exinde de eadem Marchia cum prædictis Comitatibus quos tres dicunt, iudicio Principum Ducatum fecit, eumque non ſolum ſibi, ſed & vxori cum duobus vexillis tradidit. Diploma Philippi Sueui Thomæ Sabaudiæ Comiti a. 1202. conceſſum apud GVICHENOVIVM *Lib. VI. p. 48.* de manu recipit, nosque eum iuxta priſcam Imperii conſuetudinem de vniuerſis bonis illis, prout Principum & Curiæ noſtræ ſententia, per tria vexilla inueſtiuimus. Deinde pergit Autor *der Gegen-Ded.* per multa argumenta euincere Thuringiam noſtram non eſſe totum quoddam integrale & inde Schwarzburgicos Saxoni-



Digitized by Google

bus non ſubiectos; verum quod ad hæc argumenta attinet & quidem 1.) quod dentur tot ciuitates imperiales in Thuringia, rarum quidem eſt tales in terris mediatis inuenire, ſed ſi quædam inueniuntur, nullæ ſane ſunt quam quæ ex Palatinatibus adhuc ſuperſunt vt monet *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. Iur. publ. cap. V. § 3. & 4.* Hæ vrbes vero erant ſedes regiæ, quas Reges in prouinciis extruebant *Illuſtris* PRÆSES *cap. 9. §. III.* de Ciuitate Erffurth vero negandum non erit hanc fuiſſe olim Ducatus Thuringici, ex quo reſtituto Thuringiæ Landgrauiatu, tot eximia in eandem iura exercuerunt Landgrauii. Quod ad feuda aliorum attinet & quidem ad Comitatum Hohenſtein, ſine dubio olim Thuringiæ Landgrauiis fuit ſubiectus, & procul dubio per incuriam ſolutus fuit hoc nexu. De Feudis Fuldenſibus & Hirſchfeldenſibus quoq; non mirandum, ſuperſtitioſa enim illa tempora ſatis nota ſunt, quibus credebant optimum præſidium & optimos Aduocatos eſſe Clericos hinc tot bona iis in feudum offerebantur. Feuda imperii nihil aliud ſunt quam Reſeruata Imperatoris. Feuda vero Bohemica quæ Schwarzburgici poſſident per pacta forſan ad Bohemos peruenerunt.

## §. V.

Quartum Thuringiæ Landſaſſiatus argumentum exinde patet, quod Thuringi antiquitus interprete Duce inter quinque Germaniæ populos reputati, electionis, Comitiorum & iurium Imperii fuerint Participes. Dum vero Duces ceſſarent, & Thuringiæ prouincia per Comites fuerit recta, nulla illorum amplius fit mentio in Comitiis. Reſtituto vero Principatu Thuringiæ reſtauratum hoc ipſum ius fuit Comitiorum atque electionis imperialis, a quo Thuringi fuerunt excluſi, quod reſtituto demum Principatu in Philippi Imperatoris electione videmus. *(a)* Hic enim electus eſt a Principibus

Germa-

Digitized by Google

Germaniæ, & quidem a Ludouico Duce Bauariæ, Bernhardo Saxoniæ Duce, Dieterico Marchione Miſniæ, Epiſcopis Magdeburgenſi & Salisburgenſi, & cœteris Baronibus & Epiſcopis per Thuringiam. *(b)* Huic vero electioni nomine totius Thuringiæ interfuit Hermannus Laudgrauius ac Barones & Epiſcopos Thuringiæ repræſentauit. *(c)* Licet enim Nobiles, Comites, Magiſtratus Ciuitatum adfuerunt, tamen hi non aderant vt inſimul eligerent Imperatorem, quod ad Principes ſaltim ſpectabat, qui nomine totius populi eligebant Comites vero nobiles, ac populi ſaltim aderant, vt nouiter electus, iis ſtatim innoteſceret, & vt mandata ac Leges huius iis ſtatim poſt electionem publicarentur, illique inſimul cum Principe ſuo iurarent. (*d*)

(*a*) ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. VI. c. III. totum robur Imperii Philippo adhærebat. Coadunata igitur multitudine Prælatorum & Principum de Franconia, Saxonia, Sueuia, Bauaria, Turingia apud Moguntiam conſenſu & fauore omnium in regem eſt electus.*

(*b*) quod probant *Ill. Dn.* PRÆSES *in Synt. Hiſt. Germ. Diſſ. XIX. §. II.* LEHMANN *in Chron. Spirenſi Lib. V. cap. LXX.*

(*c*) ad huius probationem pertinent allegata *Ill. Dn.* PRÆSIDIS *Synt. iur. publ. cap. VII. §. V. not. g.* vbi loca quædam præcipue notanda.

(*d*) AVTOR quidem *der Gegen-Deduction p. 9. & 10.* putat Thuringiæ Comites iam ſub nomine Seniorum, virorum Magnificorum &c. innotuiſſe & a nullo quam Rege dependiſſe, imo voto ac ſeſſione in Comitiis ac electione gauiſos eſſe. Verum reſponſum ad hoc iam fuit *hac Sect. §. II. not. d.*

§. VI.

Sic probat quoque Thuringiæ Landſaſſiatum Comitum



Digitized by Google

mitum Thuringiæ omnium facta ſubiectio. Extinctis enim cum Henrico Raſpone Thuringiæ Landgrauiis, ſopitisque diſſidiis inter Sophiam Brabantinam, & Henricum illuſtrem Miſniæ Marchionem, (*a*) Thuringia noſtra nouum accepit Dominum, prædictum Henricum Miſniæ Marchionem, inde mutato regiminis Statu, Comites Thuringiæ per pactum expreſſum Thuringiæ Landgrauio nouo ſe ſubiecerunt eique omnem fidelitatem omneque obſequium promiſerunt, (*b*) prout hæc maxime probant ipſæ litteræ reuerſales a Comitibus Thuringiæ Landgrauio nouo Henrico illuſtri datæ, (*c*) in quibus nomina Comitum inueniuntur expreſſa, de Keuernburg, de Rabinsvvald, de Schvvarzburg, de Beichlingen, de Hohnſtein, Stollberg &c. in quibus litteris fatentur, quod ipſum Henricum illuſtrem, pro vero Domino ſuo & Landgrauio Thuringiæ habere vellent &c. Ex his ſequitur, quod ſi iſti Comites non antea iamdum Landgrauiis Thuringiæ fuiſſent ſubiecti, ſane contra prudentiam politicam eosdem egiſſe, ſi iuribus ſuis immediatis renuntiaſſent, & Thuringiæ Landgrauio Henrico ſe ſubieciſſent, & quidem iisdem expreſſionibus, quibus ipſi ſubditi vtuntur, quod illum pro vero ſuo Domino & Landgravio habere vellent. Negari itaque haud poterit, quod Thuringiæ Comites Sereniſſimorum Ducum Saxoniæ tanquam Thuringiæ Landgrauiorum ſint Landſaſſii, dum prædicto Henrico iamdum hoc promiſerant, & quidem per reuerſales, imo per iuramentum, quod ſane minime feciſſent, niſi antiquorum Landgrauiorum iura in ipſos ipſis fuiſſent cognita, & quod Henricus illuſtris

ad

Digitized by Google

ad hæc recuperanda ſufficienti potentia eſſet inſtru-ctus & iuſtas habuiſſet cauſas. (*d*)

(*a*) de quibus ſupta *Sect. II.* §. *XII.*

(*b*) Latius hæc quoque habet AVTOR *Deductionis iuris & facti in Sachen Sachſen Weimar contra Schwarzburg Arnſtadt p.* 14. & 15.

(*c*) has litteras habet WECKIVS *in ſeiner Beſchreibung Dresden p.* 155. & 156. vt & AVTOR *Deduct. iuris & facti in Sachen Sachſen Weimar contra Schwarzburg Arnſtadt* in Apendice ſub littera N. TENZEL *ſuppl. hiſt. Goth.*

(*d*) Contra hoc Argumentum pugnat AVTOR *der Gegen-Deduct. p.* 53. 54. &c. ſequentibus & has litteras reuerſales ſuppoſititias putat 1.) quia Sigillum plane diuerſum eſſet ab illo Comitum Schwarzb. Sigillo 2.) nomina Comitum Henrici & Guntheri in ipſo documento inuenirentur in contextu vero plane alius ſub nomine A - - - 3.) ipſum ſtatum iſtius temporis hoc euertere quia Comes Albertus de Schwarzburg Comites Glichenſes &c. a partibus Sophiæ Brabantinæ ſtetiſſent contra Henricum illuſtrem & ſi ſubditi Landgrauiorum fuiſſent, cur non obſequium Henrico præſtitiſſent, imo ſolitum fuiſſe in Germania noſtra, quod Vaſalli dominos ſuos feudales DOMINOS SVOS VEROS appellaſſent, inde aliter eſſe non potuiſſe, quam quod pars quælibet illum a cuius partibus fuiſſet Dominum ſuum verum i. e. feudalem appellaſſet & per totum hancce compoſitionem nil aliud factum fuiſſe quam vt firmaretur ius Vaſalli &c. Verum ac hæc reſpondendum & quidem ad 1.) quod litteras has ſuppoſitias putat quia Sigillum diuerſum eſſet a Comitum Schwarzb. ſigillo hoc ei quidem concedimus lubentiſſime quod cum inſignibus Schwarzb. non conueniat. Verum ſigilla frequentiſſime differunt. 2.) Putat exinde manere ſuppoſitias eſſe has litteras quia initio documenti memorentur Comites Guntherus & Henricus in contextu vero vnus nomine A - - - Sed



Digitized by Google

legi & perlegi hoc documentum & ne verbulum inuenire potui in contextu totius Diplomatis quod Comitum quendam Schwarzb. nomine A - - appellaret. Quod ad 3.) attinet hoc nihil derogat iuribus Henrici illuſtris & ſucceſſorum ſuorum quod Albertus de Schwarzb. Comites Glichenſes &c. a partibus Sophiæ Brabantinæ ſteterint, hæc enim æquale imo potius ius ſucceſſionis habere putabat præ Henrico & multa iam occupauerat hinc facile diuerſas ob cauſas fieri potuit, vt hi Sophiæ Brabantinæ ſe aſſociarent, quod vero Domini feudales quoque veri domini appellarentur hoc quoque concedam, verum alius prorſus erit ſenſus vt diplomatis contextus aſſerit, & non ſolum ius Vaſalli per hoc pactum fuit confirmatum verum & omnia Landgrauiorum iura in Comites.

§. VII.

Sereniſſimorum Saxoniæ Ducum ius Landſaſſiatus in Thuringia probandum quoque ex eo eſt, quia ſemper iuriſdictionem Saxonicam agnouerunt, *(a)* & ex Cancellariis illorum (Schvvarzburgicis *præſertim*) appellatum fuit ad regimina prouincialia Saxonica quæ appellationes in omnibus proceſſuum generibus, ciuilibus nempe Conſiſtorialibus & criminalibus factæ ſunt, & ſi appellationes ſub pœna reiectæ fuerunt a Regiminibus Saxoniæ prouincialibus, Cancellariæ Schvvarzburgicæ mandata petierunt, ut hanc pœnam poſſent exequi. *(a)* Imo in epiſtola quadam Comitum de Schvvarzburg Chriſtiani Wilhelmi nempe & Antonii Guntheri ad Sereniſſimum Saxoniæ Ducem Vinarienſem data, petunt, vt interceſſionales iis daret ad Sereniſſimum Ducem Gothanum, & expreſſa verba ſunt: *zu Behauptung Dero ſelbſt eignen hohen Intereſſe, nach welchen gleich wohl die appellationes in dergleichen Sachen nir-*

Digitized by Google

*nirgend anders als von hier (Arnſtadt ſcil.) nach Weymar gehen, rechtmäßig zu vermitteln &c.)* (*c*) Et ſic ipſorum Comitum adeſt confeſſio, quod appellationes procedant e terris Schvvarzburgicis ad Sereniſſimorum Saxoniæ Ducum regimina prouincialia. Et quid multis, praxis continua hoc quoque ſatis comprobat.

(*a*) ſupra quoque *Sect. I. §. 14.* iam demonſtratum quod domino Territorii ius appellationes ac prouocationes recipiendi competat.

(*b*) prout hæc pluribus probat AVTOR *Deductionis iuris & facti in Sachen Sachſen Weimar contra Schwarzburg Arnſtadt p. 17. & inprimis in Appendice ſub Lit. W. a. num. 1. vsque ad 26. Dn. a* LVDEWIG *de primo foro ſubfeudorum Imperii cap. I. §. IX.*

(*c*) hanc epiſtolam habet AVTOR *Ded. iur. & facti in Appendice ſub Lit. U. num. 6.*

(*d*) contra hanc theſin AVTOR *der Gegen-Deduction p. 73.* vt & AVTOR *des gründlichen Beweiſes daſs das Fürſtl. Haus Schwarzburg ein uhralter freyer unmittelbahrer Reichs-Stand &c. p. 48. & 49.* mouent, quod ius appellationis quidem obtineat verum certo ſolum modo & hoc nihil facere ad probandam Superioritatem territorialem vel ius Landſaſſiatus quod nullo modo ex Appellationis iure probari poſſet hinc allegat VIETOREM *de Cauſ. Exempt. Concl. 36.* qui dicit plerique concludunt appellationem iuriſdictionis teſſeram eſſe quod tamen ſignum non plane omni exceptione maius eſt &c. qui in ſequ. ad exempla Polonorum qui Magdeburgum ad iudicium Scabinorum appellaſſent, & Pomeraniæ Vrbium Lubecam &c. deinde allegat *Perilluſtrem Dominum* DE LYNCKER *Reſp. 193. 165.* qui dicit: Nam is ad quem appellatur non ſtatim pro ſuperiore reputandus eſt. Porro putat hoc argumentum nihil valere, quia per pactum anno 1699. cum Potentiſſimo Poloniarum Rege initum (in quo expreſſa transactio

ctio eſſet de iure appellationis omnes prouocationes ad iudicia Saxonica fuiſſent ſublata. Verum hæc argumenta nullius ſunt valoris nam quod dicit ius Landſaſſiatus vel ſuperioritas territorialis ex iure appellationis non probari poſſe eumque in finem VIETOREM allegat c. l. concedimus quidem quod vniuerſaliter hoc non procedat, quod etiam ex ipſis a Vietore allegatis exemplis eo magis apparet, nam quod Poloni ad iudicium Scabinorum Magdeburgicum appellarunt hoc fiebat exinde quia ibi erat *das Kayſerl. Schœppen-Gericht* quod erat iudicium vniuerſale per totam Saxoniam *Illuſtris Dominus* PRÆSES *Synt. iur. publ. cap. 24. §. 32.* Polonia vero tunc erat prouincia Imperio noſtro Romano germanico tributaria *Ill. Dn.* PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. 4 §. 10.* Quod Pomeraniæ vrbes Lubecam appellabant hoc fundamentum habet in pacto iſto notiſſimo Hanſeatico. Verum abſurdum eſſet de Comitibus Schwarzb. idem aſſerere ex horum enim territoriis appellandi ius ex alio prorſus fluit fundamento quam ex pacto vel quod ſolum eſſent tributo obnoxii Sereniſſimis Saxoniæ Ducibus fluit enim ex ipſa ſuperioritate *territoriali* qua gaudent ſine controuerſia Sereniſſimi Duces Saxoniæ tanquam Landgrauii Thuringiæ in Thuringia prouincia Imperii mediata. Et hinc locus Lynckeri quoque ab Autore iſto allegatus aliam faciem induet ſi dicit: Nam is ad quem appellatur non ſtatim pro ſuperiore reputandus eſt. Sic Lubeca non ſuperior erat Pomeraniæ vrbibus quæ per pactum ſaltim ius Lubecenſe receperunt &c. Deinde putat transactum iam eſſe de hoc iure cum Potentiſſimo Poloniarum Rege omnesque prouocationes ad iudicia Saxonica cesſiſſe. Verum, quid pactum iſtud ad Sereniſſimos Saxoniæ Duces Erneſtinæ proſapiæ, demonſtret quæſo ceſſationem illam iuris appellationis ad iudicia Saxonica, cum 1709. 1710. &c. contrarium probandum AVTOR *enim Deduct. iuris & facti in Sachen Sachſen Weimar contra Schwarzburg Arnſtadt* hoc ſatis probat, ſi in Appendice ſub Lit.

Digitized by Google

litt. 10. n. 20. & 21. copias *derer Berichte*, allegat de Cancellariis Schwarzburgicis in quibus appellationes deferuntur ſequentibus verbis, *& quidem n. 20. als haben aus unterthanigſten reſpect wir dieſer appellation ſtatt gegeben, und zu dem Ende die vor hieſigen Iudicio ergangene acta in 2. voluminibus einſenden, und was Ew. Fürſtl. Durchl. gnædigſt reſoluiren mœchten, erwarten wollen. & n. 21. So haben Ew. Hochfürſtl. Durchl. zu unterthænigſten Ehren dieſer appellation, deferirt daher die acta primæ inſtantiæ gehorſamſt einſchicken &c.* Quando dicit AVTOR *der Gegen Deduction*, certo modo ſolum obtinere, hoc ab illo probandum, nam non limitatum eſt, vt putat, ſed illimitatum hoc ius appellationis, hinc certum modum quem contendit, plane non intelligo.

## §. VIII.

Argumentum quoque omni exceptione maius eſt, iuris Landſaſſiatus in Thuringia, Comitum Schvvarzburgicorum in Comitiis prouincialibus facta comparitio. Superius enim (*a*) iam oſtendi, quod Domini Territorii, poſtulante neceſſitate, certos Conuentus Statuum prouincialium inſtituant, qui Comitia prouincialia dicuntur, ad quæ omnes Landſaſſii vocantur, vt de communibus prouinciæ negotiis, commodisque inuicem conſultent. Hæc vocatio vero & Comparitio certiſſimum præbet Argumentum Superioritatis Territorialis. (*b*) Cum vero Domini Comites de Schvvarzburg ad Comitia Saxonica fuerunt vocati, ac in illis comparuerunt, & ſi impediti fuerunt, ſe ſubmiſſe excuſarunt, & per hoc & rurſus ſubſecutam comparitionem probarunt ſe eſſe Thuringiæ Landſaſſios ac Status

 pro-

Digitized by Google

prouinciales. (*c*) Ideoque Sereniſſimis Saxoniæ Ducibus, vt eorum Dominis Territorii, ſubiecti. (*d*)

(*a*) *SECT. I. §. XIII.*

(*b*) *Illuſtris Dn.* PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. XXVI. §. LXXX.* & ZIEGLER *ad Praxin auream Caluoli ſ. Landſaſſii Concluſ. I. n. 139. & 140.* vbi allegat KNICHENIVM *de iure Territorii cap. 3. n. 181.* qui ait: Comparitionem *auf Land-Tagen* ſubiectionem probare &c.

(*c*) prout hoc latiſſime probat per documenta perplura AVTOR *Deductionis in Sachen Sachſen-Weimar contra Arnſtadt p. 17. & in Appendice ſub. Litt. ſ. n. 1, 2, 3, 4. &c.* vbi inprimis notandum ſub n. 1. *Daß die Graffen von Schwarzburg nicht allein gehorſamlich erſchienen, ſondern auch Futter und Mahl genommen.* quod etiam probatur *aus den Futter-Zettuln*, vbi inter alios Comites Schwarzburgici quoque inueniuntur. Excuſationem ipſorum litteræ ibi allegatæ probant, imprimis ſub num. 7. ad Sereniſſimum Ducem regentem Wilhelmum Erneſtum: *Gegen Ew. Durchl. bekenne ich meine Schuldigkeit, mittelſt welcher ich den nachſt auf den 21. huius bevorſtehenden Land-Tag nach der vorigen Obſeruanz beſuchen zu laſſen ſchuldig bin &c.* quibus ſequitur ſub n. 8. *ein Fürſtlich Verweiß-Schreiben*, vbi: *ſo empfinden wir die unterlaſſene Beſuchung mißfällig, und begehren die auszuſchreiben vorfallende Land-Tage gehorſam beſuchen zu laſſen, ohne einige Ausflüchte*, & quæ ſunt plura ibi allegata probat hoc quoque, quod mandata Saxonica in Comitiis prouincialibus concluſa, ad eosdem æque ac alios ſubditos fuerunt tranſmiſſa, vid. MVLLER *in Annal. Sax. p. 375.*

(*d*) Huic contradicunt in fauorem Schwarzb. FRITSHIVS *de Conuentibus prouincial. cap. 4.* & AVTOR *der Geg. Deduction pag. 68.* vt & AVTOR *des gründl. Beweiſſes, daß das Fürſtl. Hauß Schwarzburg ein uhralter freyer unmittelbahrer Reichs-Standt &c p. 4* minus validis argumentis. Putant

tant

tant vocationem &comparitionem nihil valere,ſed quæſtionem eſſe mouendam, quomodo Comites comparerent, & an ex hac comparitione Landſaſſiatus poſſet probari. Imo eiusmodi comparitionem nihil probare, ſi fieret cum proteſtatione &reſeruatione Immedietatis. Notum enim eſſe quod Comites Schwarzburgici ad Comitia prouincialia Saxonica quidem vocarentur, &comparerent, verum ſtatim, audita propoſitione, horum deputati iterum diſcedant. Verum hoc nihil ad rem, dum ſatis mihi eſſe videatur, quod Sereniſſimorum Ducum mandatis obediant, & comparere teneantur. Hinc proteſtatione licet interpoſita manent, nihilominus Landſaſſii, quod eo magis probant ipſorum Comitum litteræ excuſatoriæ, & iis datæ reprehenſiones, quando omiſerunt in Comitiis comparere. vid. not. præced. Ex hoc igitur argumento Landſaſſiatus omnino probandus. *Illuſtris Dominus* PRÆSES *in Synt. iur. publ. cap. 26.* §. *80.* ZIEGLER *ad praxin aur. Caluoli* §. *Landſaſſii concluſ. 1. n. 139. & 140. aliique.*

§. IX.

Deinde Comites Thuringiæ eſſe Landſaſſios, ex eo demonſtrandum, quia Sereniſſimi Saxoniæ Duces ſemper contra ipſorum euocationem immediatam fuerunt proteſtati. Quod ſi enim Principes, (ſub quibus Epiſcopi terrarum Saxonicarum ſine dubio intelliguntur) & Comites in terris Saxonicis ſedentes, ad Comitia vel conuentus Imperii vel ab Imp. ſine medio fuerunt euocati, in Comitiis ſemper proteſtati fuerunt Sereniſſimi Duces, eo quod ipſorum Iuribus Territorii eſſet contrarium, (*a*) quod Comites iſti ad Comitia vel Conuentus Imperii vocarentur. Per eiusmodi ſæpius reiteratas proteſtationes impedimento fuerunt Schvvarzburgicis, ne iuribus Landſaſſiatus ſe ſubducerent, ideoque iura ſua Terri-



Digitized by Google

rii in Comites iſtos magis magisque ſtabiliuerunt, vt oſtenderent, quod ſint Schvvarzburgicorum Domini Territoriales, hi vero illorum Landſaſſii. (*b*)

(*a*) vt hoc latius probat AVTOR *Ded. in Sachen Weimar contra Arnſtadt p. 36. & in Append. ſub Litt. Qqq. vbi extract aus den Reichs-Tag zu Worms 1521.* continens proteſtationem Electoris Friederici & Ducis Iohannis, & quæ ſunt plura ſub n. 3, 4, 5, & 6. Sub n. vero eſt proteſtatio contra votum virile Schwarzb. de an, 1603. &c. Maxime notabilis vero eſt locus quem habet Dominus MVLLER *in Reichs-Tags Theatro unter Kayſer Fried. V. in der 5. Vorſtellung p. 686.* vbi Erneſtus Elector & Dux Wilhelmus ad Ducem Albertum ſcripſerunt, vt proteſtaretur contra euocationem Schwarzb. immediatam locus eſt ſequens: *Wir haben uns nicht verſehen, daß die Kayſerl. Majeſtät trachten ſolt, die Fürſten in unſern Fürſtenthum geſeſſen, dazu die Grauen und Hn. inſunderheit Dienſts zu fodern, nachdem ſolches bey unſern Vorfarn ſeligen und uns nicht herkommen, auch in vorigen Anſchlagen nicht zugelaſſen, und zu Würzburg, do Ew. Liebe und Wir Herzog Wilhelm bey der Kayſerl. Maj. jüngſt geweſen, in verleſen Anſchlage ſonderlich ausgedruckt iſt, daß dieſelbige Fürſten, Grauen und Herrn Aufſehen auf uns yeglichen in ſeinen Land haben ſolten.*

(*b*) contra hanc theſin AVTOR *der Gegen-Ded. p. 186. & 187.* vrget: per proteſtationes Sax. nunquam factum fuiſſe inualidum Schwarzb. ius Status Imperii vel comparendi in Comitiis, & qui hoc aſſerere vellet foueret aſſertum: quod eſſet contra euidentiam factorum & omnia acta, quia) 1.) ipſa Sereniſſima Domus Sax. a proteſtationibus ipſo facto receſſiſſet, & Schwarzb. comparitionem comitialem agnouiſſet, imo cum iſtis in conſpectu Imperii & Circuli pacta iniiſſet, & ad Comitia Circularia illos conuocaſſet. (2.) Adeo nouam eſſe proteſtationem

nem Sax, & contradictionem, vt nihil eſſet de Schwarzb. iuribus Comitialibus dubitare, quia proteſtatio prima an. 1545, fuiſſet emiſſa, Schwarzburgicos vero longe antea ad Comitia fuiſſe vocatos, hinc prouocat ad AVTOREM *des Gründl. Beweiſes p. 3.* Deinde Diplomata *ab Autore der Sachſ. Deduction allegata* refutare audet. Verum quod ad (1) attinet, quod Sereniſſima Domus a proteſtationibus ipſo facto receſſiſſet, illorumque comparitionem comitialem agnouiſſet, hoc negatur, quia ſæpius imo ſæpiſſime reiteratæ ſunt proteſtationes argumenta per quæ demonſtrat nullius ſunt valoris, nam quod Conuocationem ad Comitia Circularia attinet, ex illo non ſtatim argumentari licet ad Iura Imperii atque exemtionem a Iuribus Territorii, dum non deſint Principes Comitesue qui in Circulorum Comitiis ſeſſionem obtinuerunt, non æque in Comitiis Imperii, prout *Illuſt. Dn.* PRÆSES demonſtrauit *cap. XV. §. VII.* Et licet etiam in Comitiis Imperii hactenus locum habuerint, minime tamen hoc factum ratione feudorum Thuringicorum, ſed ratione feudorum Imperii vel Bohemicorum. Cum Duces aliarum quoque prouinciarum cum nobilibus pacta fecerunt Duo quidem loca allegat, quæ ſunt ſequentia: (1) eſt BARB. *L 14 ax. 11. & 27.* Proteſtatio enim contra factum, aut contra ius alteri quæſitum, vel ſaltem mox acquirendum nihil operatur. Verum hic locus huc plane non quadrat, proteſtatio enim vtique operatur, ſi quis ius acquirere cupit, quod eſt in præiudicium eius qui proteſtatur. 2.) Locus eſt *Perilluſtris Dni.* de LYNCKER *Reſp. 93. n. 33. & 35.* Qui poſt proteſtationem facit actum contrarium ab ea receſſiſſe exiſtimandus eſt. Sed Autor nunquam probabit Sereniſſimos Duces factum proteſtationi contrarium feciſſe. Ad 2. argumentum illius proteſtationem Saxonicam nouam eſſe, reſpondetur negando, Autor ille enim loquitur tantummodo



Digitized by Google

modo de illa quæ 1545. fuit emiſſa, illamque primam eſſe contendit, quia tempore Ioh. Fried. Electoris Saxones primum tentaſſent Schwarzburgicis quæſtionem Status mouere. Verum in nota præcedenti iam dictum, quod Erneſtus Elector, & Dux Wilhelmus ad Ducem Albertum ſcripſerunt, qui in aula imperatoria tunc verſabatur, vt proteſtationem inſinuaret contra euocationem Schwarzburgicorum immediatam. Deinde pergit AVTOR *Gegen-Deduction* omnia ab AVTORE *der Sechſiſchen Deduction* allegata diplomata euertere, & eodem ſe nititur fundamento, quod illa proteſtatio de an. 1545. fuerit prima, ſed ad locum antea citatum hic iterum prouoco. Quod exempla attinet quæ habet AVTOR *des gründlichen Beweiſes*, quod Schwarzburgici omnino vocati ſint ad Comitia, & ideo ad Catalogos Imperii Statuum prouocat, in quibus Status inſerti qui Receſſus Imperii ſubſcripſerunt; verum incerti ſunt iſti Catalogi, & ſi etiam concederem vocatos fuiſſe, quæſtio tamen remanet an iuſte vocati, & cur proteſtationes Saxonicæ fuerunt acceptæ.

## §. X.

Is quoque ſine dubio pro Landſaſſio eſt reputandus, qui, coram alterius iudiciis comparere ac ſe ſiſtere tenetur. Landſaſſii enim vt cæteri quoque ſubditi tenentur comparere in Tribunali, *müſſen bey ihren Lands-Fürſten Recht nehmen*, tam in realibus quam perſonalibus, hoc vero recuſantes, cogi quoque poſſunt. (*a*) Et hinc Comites nunc Principes Schvvarzburgici tenentur quoque comparere & ſiſtere, vel in aula Principis immediate vel in Curia prouinciali Ienenſi. (*b*) Non ſolum ſi fuerint accuſati ab aliis, ſed etiam ab ipſorum ſubditis ob debita vel ſimilia, ſiue actiones fuerint reales

les ſiue perſonales, Immo, ſi læſæ ſe eſſe exiſtimant per ſententiam Curiæ prouincialis, ad ipſos Sereniſſimos Duces appellarunt, atque hac ratione omnibus iurisdictionem Saxonicam, tam in prima quam ſecunda inſtantia agnouerunt, vt exempla nouiſſima quoque nos docent. *(c)* Hinc indubitata eſt theſis, quod ille vere pro Landſaſſio & ſubdito ſit habendus, qui comparere in iudiciis Domini Territorii, illorumque ſententiis obedire tenetur.

( *a* ) *Dn.* ZIEGLER *ad praxin auream Caluoli* §. *Landſaſſii Concluſ.* 1. *n.* 145. 146. & 147.

( *b* ) RICHTER *Conſilio II. volumin.* 2. *pag.* 19. & 20. *vt* & AVTOR *Deductionis Altenburg contra Waldeck* pluribus hoc demonſtrat quod Comites Thuringiæ obligati ſint coram Curia prouinciali Ienenſi & Regiminibus Sereniſſimorum Ducum ſe ſiſtere.

( *c* ) pluribus hæc probat AVTOR *deductionis in Sachen Weimar contra Arnſtadt pag.* 18. §. 64. & 65. inprimis vero ipſa Documenta allegat in *Appendice ſub Lit. Y. num.* 1. *vsque ad* 12. & *ſub Lit. Z. n.* 1. *vsque* 25. vbi inſertæ ſunt ſupplicationes, Citationes appellationes, Leuterationes, ſententiæ. &c.

( *d* ) vrgent hic Schwarzb inprimis AVTOR *der Gegen-Ded. p.* 74. 75. &*c.* Quod Comites de Schwarzb. in nulla alia cauſa quam feudali iurisdictionem Saxonicam agnoſcere teneantur, nullo modo vero in perſonalibus, ſi factum hoc, hanc ſubfuiſſe rationem, quod Imperii Iudicia tam longe abeſſent, vel per modum Compromiſſi actum, vt eſſet tantummodo iurisdictio extraordinaria vel prorogata, dum coram Parlamento Francico etiam cauſſæ Regis diiudicentur, qui tamen ideo Parlamento minime ſit ſubiectus. Et quod Electores & Duces Saxoniæ ipſi coram Curia prouinciali poſſint accuſari, nec tamen Curia iſta prouincialis, Superioritatem haberet in Electores, & quæ ſunt plura. Porro Diplomata ad

Digitized by Google

ta ad AVTORE *Ded. in Sachen Weimar contra Arnſtadt* allegata euertere. Verum tot exempla, tot volumina Actorum ex quibus illa documenta quæ habet cit. Autor excerpta ſunt, aliud docebunt. Nam quod in Perſonalibus quoque fuerunt accuſati, ſatis monſtrauit AVTOR *Ded. Sax.* per dicta documenta. Porro autem Comites ceſſiſſe, iudicio propiori potius ſe ſubieciſſe, ne longinquius euocarentur, in hoc Comites non vt debet defendit, male enim ſibi proſpexerunt, ſi iuribus ſuis ex commoditate renunciarunt. Deinde eſſe ſolum iurisdictionem extraordinariam vel prorogatam arbitratur. Verum hoc eſt demonſtrandum cum ſatis pateat eam eſſe ordinariam. Quod porro putat, a iudicii ſubiectione minime licere argumentari ad ius Territorii alias Parlamentum ſuperius eſſe Rege Galliæ Curiam Prouincialem Electoribus Ducibusue Saxoniæ. Verum quis non videt hæc eſſe abſona, nam Rex Galliæ coram parlamento ſe ſiſtit hoc verum eſt, ſed ex conſuetudine ipſiusque Regis beneplacito hoc factum, qua ratione vero cum Schwarzburg. comparitione in Curiis prouincial. Sax. vel regiminibus quadret non video, quod ad exemplum ſequens attinet Electores Ducesue Saxoniæ quoque ſe ſiſtere coram curia ſua Prouinciali ergo & hæc ſuperioritatem territorialem in illos habere deberet hoc iterum claudicat. Sereniſſimi Duces per pacta inter ſe inita Cancellarias ſuas cameras & Collegia iudicio illi ſubiecerunt vt ibi poſſint conueniri verum quis diceret curia prouincialis habet ſuperioritatem territ. in Duces Saxoniæ, Thuringiæ Comites non ex pacto, vel arbitrio verum ex iure & ſubiectione tenentur vnde patet & hoc argumentum nullum & inualidum eſſe.

## §. XI.

Probandus quoque eſt Thuringiæ Landſaſſiatus ex eo, quod Comites Thuringiæ, Duces Sereniſſimos vel Thuringiæ Landgrauios adpellarunt Dominos ſuos, *ihre*

*gne-*

Digitized by Google

*gnadige Landes-Fürſten und Herrn*, (*a*) hoc enim non ſolum ex Diplomatibus demonſtrari poteſt, ſed etiam ex homagio vel iuramento ſubiectionis, quod Comites Landſaſſii imprimis Schvvarzburgici ſemper præſtiterunt. Ille enim (*b*) ſine dubio ſubditus eſt, qui iuramento ſubiectionis ſe ipſum ſubditum conſtituit. Hoc vero iuramentum ſubiectionis vel homagium vel iuramentum fidelitatis ſubditirium, vt ab aliis vocatur *die Erb- und Landes- Huldigung*, Henrici illuſtri tempore iam præſtiterunt (*c*) Comites Schvv. vt & temporibus Ducis Wilhelmi, (*d*) iis quoque qui pactum confraternitatis habuerunt cum Sereniſſimis Ducibus deinde vſque ad hodiernum diem continuata fuit, hæc iuramenti præſtatio antequam inueſtiuntur Schvvarzburgici hodie quidem per porrectionem manus, *durch den Handſchlag*. (*e*)

(*a*) prout diplomata hoc teſtantur non ſolum enim Sereniſſ. Duces in reſcriptis ac literis ad comites datis ſe ita vocarunt vt apud AVTOREM *Ded. in Sachen Weimar contra Arnſtadt* app. ſub lit. T. n. 1, 2, 3. &c. ſub lit. I. imprimis: *dieweil denn euch bewuſt daſs das Amt und Stadt Ilmen ohne Mittel in vnſre freundl. lieben Bruder Landes-Fürſtl. Hoheit und ober Bottmæſſigkeit gelegen &c.* ſub num 2.) *Begehren als regierender Landesfürſt wir hiermit &c. &c.* ſed etiam Comites ipſi hoc fecerunt vt patet ex literis comitum reuerſalibus apud AVTOREM *Ded. Sax. in Sachen Weimar contra Arnſtadt in App. Litt. L. n. 1.* vbi Comites Guntherus, *Hans Günther* Wilhelm, & Albrecht Ioh. Fried. Electorem vocant *ihren gnadigſten Herrn* vt & *als gereden und geloben wir die Hochgemelde unſre gnadige Fürſten und Herrn die Herrn Herzoge zu Sachſen vor erbliche und unwiederruffliche Ober Schutz Voigte, Schirm Herrn und Landesfürſten in alle wege unterthanlich wollen erkennen* vt & Lit. L. n.

N 2. *Ew.*

Digitized by Google

2. *Ew. Fürſtl. Gnaden und dero Herrn Brudern ſollen meinen gnädigen Herrn Iurisdiction als ein treuer Vaſall und Land-Stand &c.* vt & ipſe Senatus Arnſtadienſis tanquam Comitum Vnterſaſſii hoc fatentur dum ipſi Duces Saxoniæ Dominos ſuos territorii vocant vt ex ſequentibus patet; num. III.) apud citatum AVTOREM *Nun erkennen wir uns iederzeit ſchuldig Ew. Fürſtl. Gnaden gnädigen Befehligen gehorſamlich zu pariren &c. Verhoffentlich werden Ew. Fürſtl. Gnaden dieſes als ein Iuſtiz liebender Landes-Fürſt erwegen.* & quæ ſunt plura ſub lit. L. num. VI. & VII. patet hoc quoque ex litteris reuerſalibus ſupra allegatis a Thuringiæ Comitibus Henrico illuſtri datis.

(*b*) Vt ſupra oſtenſum *Sect. I. §. XI. imprimis nota c.*

(*c*) Vid. litteras reuerſales Comit. Thuring. Henrico Illuſtri datas in fine.

(*d*) Vid. *Den extract aus der zwiſchen Sachſen und Heſſen verrichteten Erbverbruderung de anno 1431. apud* AVTOREM *Ded. Sachſen contra A. ſub lit. O. n. 1.*

(*e*) totam formulam huius iuramenti exhibet AVTOR *Ded. Sachſen contra Arnſtadt* in app. p. 49. Schwarzburgici quidem negant homagium ab iis præſtandum eſſe, hinc ſpeciale emanauit ſcriptum: *Quaeſtio homagii in cauſa Schwarzb. Arnſtadt contra Sachſen Weimar* in quo aſſerit primum actum factum fuiſſe 1532. & ſolum duraſſe vsque ad annum 1563. in quo proceſſus de iure collectarum initium ſumſit, quod tempus vero non ſufficiens eſſet ad probandam præſcriptionem, hinc probandum eſſe hoc iuramentum præſtitum fuiſſe a temporibus Landgrauiorum in quorum iura Duces Saxoniæ ſucceſſiſſent. Verum primus actus quem inuenimus ſane non fuit anno 1532. ſed iam Henrici illuſtris temporibus; Huic enim Thuringiæ Comites per litteras reuerſales ſe ſubiecerunt, in quibus notanda verba: Corporaliter ſuper hoc præſtito iuramento &c. §. 13. putat probandum eſſe ab omnibus Comitibus præſtitum fuiſſe hoc iuramentum nam hic vel ille Comes facile